etiã Jo. Mo. ⁊ Arch. in. c. cupiẽtes. C. qꝺ ſi p. xx. de ele. li. vj.
⁊ xxiij. q. iij. de illicita. Ego tenerẽ ꝯriã opi. qꝛ vt. ſ. ſepe dixi
iſte terminus q ſtatuiẽ ab hoie hic ſuccedit loco termini iu-
ris. ſ. cõteſtationis litis: ergo debet etiã cenſeri eodẽ iure cũ
illo. vt no. Inno. in. d. c. ex rõne. ſicut ergo in cã appellatiõis
non licet ꝓponere dilatoriã non oppoſitã ante cõte. lit. vt. l.
ita demũ. C. de ꝓcu. vbi notabiliter ꝓbaẽ: ita nec omiſſum in
30 hoc termino. ¶ † Nã vt notanter dicit Bar. in. d. l. ita demũ
appellatio nõ reſtituit ad eũ ſtatũ in quo cã erat ante conte
ſtationẽ ſed ad eũ in quo erat poſt vt ibi probaẽ: ſed iſte ter-
minus habet vim ꝯteſtationis quo ad excluſionẽ dilatoria-
rum: ergo nõ reſtituiẽ p appellationẽ ad ſtatũ cauſe in quo
erat añ lapſum termini. itẽ ſi bñ ponderẽ ratio lr̃e militat
tã in inſtantia principali ꝙ̃ appellatione: ergo idẽ debet eſſe
ius: vt in cle. ij. de teſti. als de facili hui⁹ decre. puiſio euacua
retur: ⁊ ad iura: ſ. in ꝯriũ alleg. dico ꝙ ꝓcedunt in termino
perẽptorio ſtatuto ad ꝓbandũ perẽptoriã vel intentionem
principalẽ. nã appellatio reſcindit oĩa: vt. ſ. dixi. ⁊ ſic loquiẽ
Archi. in. d. c. de illicita. ſed nos loqmur in termino prefixo
ad dilatorias ꝓponendas q habet vim in hoc ꝯteſtationis
litis: cuius effectum non reſcindit appellatio. vt ſupra dixi.
31 ¶ † Ultimo queriẽ an iudex ex officio ſuo poſſit opponere
dilatoriã poſt lapſum termini in caſib⁹ in qbus põt ex offi-
cio ſupplere. d. Ant. dicit ꝙ ſic alleg. ho. gl. in ſu. in. c. in pri-
mis. ij. q. i. in vbo ꝗrẽdũ. ex qua colligi põt ꝙ iſti termini iu-
diciales lꝫ excludant partẽ nõ tñ excludunt iudicẽ: p hoc vbꝰ
bo. tex. in. c. cũ Joẽs. de fi. inſt. ⁊ qꝺ leg. ⁊ no. in. c. cũ clamor
de teſt. vide glo. no. in. c. i. de ele. li. vj. in v. abſentia. in fi. vide
etiã ad limitationẽ pdictoꝝ. Archi. xiij. q. ij. in ſumma. q di-
cit ꝙ licet poſt terminũ pars nõ poſſet excipere: poterit tñ
a exceptionẽ prius ꝓpoſitã declarare.ª qꝛ qui declarat nihil
agit de nouo: vt l. heredes palã. ff. de teſta. ad hoc ego addu-
co ho. tex. in. c. cũ dilecti. de accu. ⁊ qꝺ no. Inn. in. c. p inqſitio
nẽ. de ele. ſcias ꝙ Inn. plene h̃ tractat ꝺ dilatoria ſolonis ⁊
ſilib⁹: dicã poſt glo. j. e. c. exceptionẽ. qꝛ h̃. c. eſt ſatis oneratũ.

a ¶ Declarare. an poſt lapſum termini ad ꝓponendas exceptiones poſſit ꝓpoſitas declarare. vid. d. Anto. in. c. lꝫ in vij. col. ſ. de ꝓba. Sebaſti. Sapia.
a ¶ Declarare. vide bal. in. l. i. §. hu ius ſtudij. col. ĩ. ff. ꝺ iuſti. ⁊ iu. ⁊ re. in. l. heredes palam. §. ſi qd poſt. ff. de teſta. Fulg. in conſi. cxlvij. in cip. viſa. in fin. et Roma. in conſil. xlv. incip. ſup eo. in prin. ⁊ Andr. ſicu. in cõſi. xviij. col. ix. in. j. volu. ⁊ Jo. de ana. in ꝯſ. lxxxiij. incip. vi- deñ. col. ij. ⁊ ibi ꝙ̃ lis debeat eſſe de claratio.

1 ¶ Excõicatus poteſt appellare ⁊ omnem aliam defenſio-
nem facere: reconuenire autem non poteſt. 4. 11.
2 Excõicatus conuentus poteſt per procuratorem rñdere.
3 Si vnus ex iudicibus datis allegeẽ ſuſpectus: vel moriaẽ:
expirat iuriſdictio oĩm qꝛ cenſetur talis iuriſdictio data pro
parte: ſecus ſi inſolidum.
4 Exceptio qlibet maxime declinatoria põt dici defenſio. 6.
5 Coram iudice ſuſpecto litigare periculoſum eſt.
7 Argumentum ab abſurdo validum eſt in iure.
8 Ex certa ſcientia aliqd nõ pſumiẽ factũ niſi hoc exprimaẽ.
Ex certa ſcientia qñ papa reſcribit cẽſetur perinde ac ſi pa-
pa diceret ſe velle facere ex plenitudine poteſtatis.
9 Judices ſuſpecti vtrũ poſſint dari per papam ex certa ſciã.
Recuſatio iudicis eſt de iure naturali.
Princeps non tollit ea que ſunt de iure naturali ſine cauſa.
In principe ſemper preſumitur iuſta cauſa.
10 Excõicatus in caſu in quo poteſt eſſe in iudicio an poſſit pe
tere ſententiam pro ſe ferri.
Excõicatus conuentus non poteſt compellere actorem ad
agendum ſi actor oblato libello negligit proſequi.
11 Reus quomodo dicatur actor in excipiendo.
12 Excõicatus an tanꝙ̃ reus poſſit indiſtincte eſſe in iudicio.
Reus voluntarius aut neceſſarius quis proprie dicatur.
13 Excõicatus põt eſſe in iudicio tanꝙ̃ actor ſi reus eſt fugiti-
uus vel res eſt tpe peritura: ſed in hoc vltimo aliqui cõtra.
Geſta per excommunicatum coram ordinario valent ante-
ꝙ̃ repellatur: ſed coram delegato dubitatur.
Excommunicatus non interrumpit preſcriptionem contra
ſe currentem per actus ciuiles ſed naturales ſic.
14 Excõicatus contra quẽ eſt facta miſſio in poſſeſſionẽ ex cõ-
tumacia auditur poſtea petens poſſeſſionem ſibi reſtitui.
15 Excõicatus põt indiſtincte appellare ⁊ appellationẽ iudi-
cialẽ ꝓſeq in caſibus in qbus poſſet nõ excõicat⁹ idẽ facere.
Excõicatus appellando ſi non fecerit mentionem de excõi-
catione non reddit literas nullas.
16 Excõicatus appellatus an poſſit aduerſario non proſequẽ
te appellationem interpoſitam proſequi.
17 Excõicat⁹ an poſſit appellare extraiudicialiꝛ ⁊ ipſam ꝓſeq.
18 Excõicatus an poſſit appellationem extraiudicialem ꝓſe-
qui ſi poſt appellationem fuit excommunicatus.
19 Excõicatus abſolutus an poterit appellare: non obſtãte qꝺ
tempora ſint decurſa.
Excõicato non valenti ius ſuum proſequi an currãt tẽpora.
20 Excõicato quo caſu poſſit deferri iuramentum.
21 Preſbyter parochialis qui non exhibet ſacramenta paro-
chianis ſi petat ab eis decimas poterit repelli quod nõ ex-
hibet ſacramenta.
22 Sententia non retractatur ex eo ꝙ dicatur lata a iudice ſu-
ſpecto etiam ſi ſuſpicio poſtea detegatur.
Reſcriptum non redditur nullum ipſo iure ex eo quod ſit
impetratum ſuper ſuſpecto iudice.
23 Excõicatus conuentus nõ poteſt petere debitũ cõpenſari.
Compenſare eſt agere.
Excõicatus licet per aduerſarium non repellatur ab agen-
do: poterit tamen a iudice ex ſuo officio repelli.
Compẽſare non poteſt qui non poteſt agere.
24 Compenſare eſt ſoluere adeo ꝙ qui iurat ſoluere ⁊ compen
ſat non eſt periurus.
25 Excõicatus ſi aliqd ab eo petitur vigore alicuius ꝯtus po
terit a petente ſibi dari id ad qꝺ tenetur ex eo contractu.
Excõicatus ſi conuenitur ab emptore vt tradat ſibi rẽ em-
ptam: ipſe poterit petere vt pretium det.
26 Excõicatus conuentus ſi non põt compenſare poterit eius
fideiuſſor hoc facere ſi ipſe conueniatur.
Excõicatus repellitur a petendo propter cõionis periculũ
vt rubore ſuffuſus citius ad communionem redeat.
Exceptio cõpetẽs reo principali cõpetit etiã ei⁹ fideiuſſori.
27 Excõicat⁹ hñs exceptionẽ nõ audiẽ iploꝛãs offm̃ iudi. vt vi
gore dicte exceptiõis iponat ſilẽtiũ actori nõdũ ꝯ eũ agẽti.
28 Excõicatus non poteſt ſuam iniuriam proſequi.

1 **Cum inter.** ¶ † Excõicatus excipe ap pellare ⁊ omnẽ ſuã defenſio nem facere põt: ſed recõuenire nõ põt. Cõia diui ſio ſcba ibi: inqſitioni. ¶ Caſus iralis. Inter po rem ⁊ cõuentũ de argentolio ex parte vna. ⁊ G. nobilẽ virũ de malileone dioceſ. pictaueñ. ex altera controuerſia ſuper quibuſdã dãnis ⁊ rebus alijs vertebaẽ corã trib⁹ delegatis iudicib⁹ ꝓpter hoc ꝯſtitutis: pcurator ipſius nobilis exci piẽdo ꝓpoſuit ꝙ duos de iudicibus habebat certa ratione ſuſpectos: pcurator monaſterij allegauit ꝙ cũ nobilis ille excõicationis vinculo teneretur aſtrictus: exceptiões huiõi proponere nõ valebat: iudices ꝯſuluerunt dñm papã. Reſ- det papa ꝙ ipſi nobili quelibet legitima defenſio in iudicio reſeruatur ⁊ precipue iudicis recuſatio: cum periculoſum ſit ſub iudice litigare ſuſpecto: ⁊ apoſtolica ſedes iudicibus

ſuſpectis

a ¶ Defensio. Que autē differentia sit inter exceptiones ⁊ defensiones. Uide glo. in. c. i. in ver. defensionis. de lit. conte. lib. vi. ꝙ stricte appellatione vni⁹ alia nō ɔtinetur. qd est no. ſm do. ibi ad statuta. adde hic ꝙ in statuto appellatione exceptionis non continetur recuſatio ad hoc est gl. in ver. exceptiones. quā ibi no. d. Ant. in. c. qm contra. de proba.
Anto. Francis.

¶ An appellatione defensiōis veniat exceptio. dicas ꝙ venit exceptio declinatoria ſm Abba. in c. cū inter. ſ. de except. ⁊ vide Card. in cle. ſepe. in. §. i. de v. ſig. vbi dicit ꝙ venit ois exce 2 ptio nisi sit friuola. ⁊ vide eūdē in c. qualr ⁊ qn. el. ij. 3 de accu. ⁊ bal. i. l. ſi qdē. C. d excep. vbi dicit ꝙ appellatione defensionis non venit negatio.
Sebasti. Sapia.
b ¶ In reſcripto. Uide Imola. et alios in. l. qdā cōſulebat. ff. d re iu 4 dic. Are. in. l. pōt qs. col. iij. ff. d vulga. ⁊ pup. Feli. in c. nōnulli. col. xv. in. iiij. fallētia. v. 5 cōfirmatur iſta q̄rta fallentia. ſ. de 6 reſcri. ⁊ ibi quid operetur certa ſcia a pricipis. vide ēt ꝙ Frā. Cur. i ɔſ. lxv. incip. ſup premiſſa. vbi pla ēt adducit circa d qd di conſtare de certa ſcia qn ex 7 narratiõe colligit Quid aūt ſi princeps dicat expſſe 8 ſe feciſſe ex certa ſcia ⁊ ignoret: quõ intelligātur illa vba. vid pulchre p Car. in cō b ſil. cxiij. in vl. col. vltra ea que adducit Feli. hic.
Sebaſti. Sapia.
c ¶ Quid ſi papa. An papa poſſit committere cām recuſatiōe remota. vide late per And. Sicu. in. c. ex parte. ij. de of. delega.
d ¶ Nō poſſet. adde Fran. are. con ſil. xxix. 9
e ¶ Petere. tu pōdera q̄ vno permiſſo vr pmiſſū id ⁊c. l. ij. de iuriſ. om. iu. And. bar. c
f ¶ Excōicat⁹. excipit ſi ſit re⁹ neceſſari⁹ nō voluntarius. Et vid. d.

ſuſpectis ex certa ſcia cām nō cōmittit: vñ in talibus nō ɔſideratur fauor excōicati ſz eqtas iudicantis: ⁊ abſurdū eſt vt reo ɔ actorem defenſionis copia denegetur: q̄ ſic ɔdēnaretur q deberet abſolui: cū nec excōicato denegāda eſt ſnia qn eſt in cā abſolutionis. ⁊ ſi cōdēnaretur poteſt appellare ſi ɔ iuſticiā fuerit ɔdēnatus. ⁊ eadē rōne alia ſuffragia in vno ⁊ eodē iudicio nō denegantur eidē: ſed excōicatus recōuenire actorē nō pōt: ne ꝙ in remediū defenſionis ſuſtinetur ad ipugnationis materiā extendatur. Ber. ¶ † Not. i. excōicatū poſſe ɔueniri ⁊ reſdet cūc p ꝓcuratorem. An aūt poſſit interuenire perſonalr. no. in. c. intellegimus. ſ. de iud. ⁊ ibi plene dixi. ¶ † No. quē poſſe oīm iudicum iudicium declinare ſi hz aliquē ex eis ſuſpectū. qd intellige qn non ſuſpectus nequit procedere ſine ſuſpecto. ſicut eni ceſſat iuriſditio aliorū p mortē vni⁹. in. c. vno delegator. de offic. dele. ita ⁊ p ſuſpicionē. Et rō rōnis eſt q̄ exercitiū iuriſditionis cōpetit omnibus delegatis p parte ⁊ nō inſolidū: vt no. in. c. prudētiā. de off. dele. ſec⁹ dic vt ibi ex forma reſcripti vnus pōt ſine alio ꝓcedere: ⁊ hoc caſu de mō ꝓponendi ⁊ ꝓcedēdi in cā recuſationis: dic vt le. ⁊ no. in. c. ſi ɔ vnū. de offi. dele. lib. vi. dixi in. c. ſi qs contra clericū. de fo. cōpe. ¶ † No. iij. regulam ꝙ omni defenſione legitima pōt excōicatus vti: ipugnare vo aliū directe vel indirecte non pōt: ⁊ hec eſt alia regula q̄ in fi. c. colligitur. Et ex hoc ⁊ ex tex. no. ꝙ ois declinatoria iudicij maxime ratione ſuſpecti iudicis pōt dici defenſio. ¶ † Itē not. periculoſum fore corā iudice ſuſpecto litigare. cōcor. c. qd ſuſpecti. iij. q. v. vbi eſt ho. tex. ¶ † Not. ibi: ſz eqtas ꝙ exceptio fundatur ſup eqtate p hoc: q̄ exceptio eſt defenſio: a vt hic. ⁊. c. exceptio. ff. e. defenſio vero eſt de iure na. in cle. paſtoralis. de re iudi. ¶ No. iudiciū nō debere claudicare: claudicaret aūt ſm Hoſ. ſi audiretur impugnatio ⁊ nō defenſio puto ꝙ ſemp diceretur claudicare vbicunq̄ iudex pēderet ad alterā partiū forte fauore vel odio pſone: lz ſit diſparitas inter pſonas: q̄ in iudicio nō debet eē acceptio pſonarū. de iud. nouit. ¶ † Not. ibi: abſurdū. ꝙ vz ar. a vitatione abſurditatis ſiue ar. facit tex. in. c. ex ore. de priuil. ⁊. c. quēadmodū ſ. de iureiur. ¶ † No. ꝙ in dubio papa non cenſetur committere cām ſuſpectis ex certa ſcia. Qñ autē dicitur facere ex certa ſcientia dic qn hec exprimit. ar. in. c. paſtoralis. §. pterea. de offi. dele. ⁊ not. glo. quam tenebis mēti in cle. ij. de reſcri. Idē dic vbi ex his q̄ in reſcripto b exprimuntur pz de certa ſciētia pape: vt no. voluit Inno. in. c. pñti. ꝙ hodie incipit ſtatutum. de reſcrip. lib. vi. ſentit Io. an. in. c. nonnulli. eo. ti. ⁊ ſcias ꝙ qn papa actū gerit ex certa ſcientia pinde eſt ac ſi diceret ſe velle facere ex plenitudine ptātis ſi illa opus eſt in actu qui geritur. vt eſt glo. ſemp menti tenenda. in. c. ad hec. de reſcrip. facit qd in. c. ex multiplici. in fi. de deci. ⁊ in c. i. de conſti. lib. vi. ¶ No. inver. qua rōne ⁊c. ꝙ vno conceſſo videntur oīa ſimilia fore conceſſa. facit. c. cū dilecta. de confir. vtil. vel inutil. ⁊ qd no. glo. in. l. i. C. de condi. inde. ¶ No. ꝙ reconuentio nō eſt defenſio ſed impugnatio: ⁊ cui phibetur cōuentio phibetur etiā reconuentio. nā reconuētio eſt ſcda conuentio: vt in. c. i. ⁊. ij. de mut. peti. ⁊. c. ij. de ordi. cog.
9 ¶ † Anteq̄ deſcendā ad glo. quero pro declaratione predictoꝝ ⁊ tex. qd ſi papa c ex certa ſcientia committeret cām ſuſpectis: nunqd valeret ɔmiſſio. Hoſti. dicit ꝙ ſic: per. c. ex pte. ij. de offi. dele. dicit tñ hoc nō dicere: q̄ ſic poſſet de facili grauari ⁊ dānari innocens qd eſſet iniquū de proba. qn ɔ. nec inde debent iniurie naſci vñ iura naſcuntur. de accu. c. qualiter ⁊ qñ. i. Idem qd Hoſtië. hic tenuit Inno. c. ex tranſmiſſa. de foro cōpe. Ego vero aliter dicerē ꝙ ſic ꝙ aut papa committit cauſam cuius deciſio pendet a poteſtate ſua ⁊ procedat dictum

Hoſti. ad hoc qd no. in. c. veniens. de iureiurā. aut nō dependet a ptāte ſua: puta q̄ agitur de ſtatu pſone vel de rebus tpalibus inter laicos: ⁊ tūc puto
d ꝙ ſine cā rationabili non poſſet d cām cōmittere ſuſpecto parte reluctante: q̄ recuſatio iudicis eſt de iure na. vt probatur in. c. qd ſuſpecti. prealle. et in c. ſcdo requiris. in fi. de app. ea vero que ſont de iure nat. p principē ſine cā tolli non pſſt. d. cle. paſtoralis. inſti. de iur. na. gen. ⁊ ciui. §. ſed naturalia. et hoc videtur ſentire glo. in. c. ad hec. de reſcri. que eſt no. in fi. ij. glo. In dubio tñ forte pſumeretur iuſta cā in principe. iuxta no. in. c. que in eccleſiarum. de conſti. ⁊ per legiſtas in. l. fi. ⁊. l. pſcriptione. C. ſi contra ius vel vtili. pub. ⁊ ad hanc diſtinctionē puto
10 reducendū. c. ex parte. ſ alle. ¶ † Scdo quero nūquid excōicatus in caſibus in qbus pōt eſſe in iudicio poſſit petere ſniam pro ſe ferri. Sol. iſte tex. in v. porro. videtur innuere ꝙ ſic: ⁊ clarius hoc ſentit. d. Ant. in quodā notabili dicēs ꝙ in caſibus in qbus excōicatus pōt eſſe in iudicio nō ſolum eſſe pōt inquantū repellit ſniam pro alio ferendam ſz etiā inquantū ɔſequi velit iuſtā ſniam pro ſe. Ego dicerē ſic: ꝙ aut excōicatus eſt in iudicio vt actor in caſu quo pōt vt puta in cā abſolutiōis ⁊ ꝓcedit dictū. d. Ant. q̄ ex quo ius pmittit vt poſſit videtur
e permittere vt ſniam poſſit petere e facit. c. i. de reſcrip. lib. vi. ⁊ ſic pprie iſte tex. loquitur in ver. porro. Aut eſt in iudicio in caſu in quo eſſe non pōt ⁊ tūc in qualibet parte iudicij pōt repelli etiā ex officio iudicis vt in. c. pia. ſ. eo. ti. lib. vi. ⁊. c. exceptionē. ſ. eo. Aut eſt in iudicio vt reus: ⁊ puto ꝙ non poſſit petere ſniam pro ſe: q̄ nil pōt in iudicio petere. ſ. de iu. c. intellegimus. licet iudex ex officio ſuo poſſit illū abſoluere ſi videat actorē non probaſſe: vñ credo quod ſi actor oblato libello negligit proſequi nō valeret ipſe excōicatus petere ipſum actorem compelli ad agendum: iuxta autē. qui ſemel. C. quomodo ⁊ qñ iu. q̄ ſolum pōt ſtare in iudicio quatenus ab alio ſtimulatur ne reportet commodum de ſua malitia: vt. d. c. intellegimus. que quidem ratio ceſſat actore non pſequente. de quo vi-
11 de qd no. in. d. c. intellegimus. ¶ † Uenio ad gloſ. ⁊ opp. videtur enim ꝙ excōicatus non poſſit etiam excipere q̄ reus in excipiendo ſic actor. l. in exceptionibus. ff. de proba. So. glo. i. ſentit hic ɔrium in prima parte ſed formalr nō ſoluit. dic ꝙ efficitur actor quo ad onus ꝓbandi non aūt eſt actor proprie: q̄ non petit ſibi aliqd adiudicari vel dari ſeu fieri ſed intēdit repellere actorē in totū vel in ptē a petitione ſua. l. exceptio. ff. de exce. ⁊ ſic defendit ſe aduerſus actorē: omnis aūt defenſio ſibi reſeruatur. vñ ſm glo. eadem defenſio cōpetit excōicato que cōpetit non excōicato qd no. propter quod poteſt appellare ⁊ appellationem proſequi: q̄ appellatio eſt quedā defenſio ⁊ principalr inſtituta ad remouendā grauamen. c. ſuggeſtū. in fi. de app.
12 ¶ † Aduerte pro clara expeditiōe iſtius partis duo ſunt videnda. Primo nūqd excōicatus poſſit ſemper vt reus eſſe in iudicio. Secundo an indiſtincte poſſit appellare ⁊ appellationem proſequi. ¶ Circa primum dicit hic Inno. ꝙ excōicat⁹ vt reus neceſſarius pōt eſſe in iudicio ⁊ omni defenſione vti: ⁊ de tali reo poteſt intelligi iſte tex. et dicitur neceſſarius cum actio dirigitur contra eum vel ſpāliter vocatur ad iudicium: redditur enim iudicium in inuitū: vt. l. inter ſtipulātē. §. ſi ſtichū. ff.
f de verb. obli. Si autem excōicatus f venit vt re⁹ voluntarius nō eſt audiēdus ſm eum. Et dicitur
g voluntarius g qn non neceſſitatur per iudicē venire ad iudicium: ſed q̄ ipſe volūtarie venit forte pro ſuo intereſſe vel communi. exemplum in autenti. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab heredi. abſtine. vbi dicitur quod cū minor petit ſe reſtitui aduerſus aditionem hereditatis vocādi ſunt omnes creditores.

Ant. in. c. exhibita. in antepe. col. de iud. ⁊ de hoc vide late p. d. Ant. in c. dilecti. in. iij. col. ſ. e. ti. ⁊ ad idē vide Pau. de ca. in. l. libertus a patrono. ff. de in ius vo. ⁊ pbatur in. l. de pupillo. §. in inducēdo. ⁊ ibi p Bar. ff. de oper. no. nū. ⁊ p Bart. in. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. q ſatiſ. cog. et adde ꝙ excōicatus pōt opponere exceptionē pſcriptionis ſm Bal. in c. intellegim⁹. ſ. de iudi.
¶ Adde ꝙ licet excōicat⁹ nō poſſit agere qd tñ pt cōmiſſionē impetrare in curia ro. vt dicunt Do. de Ro. deci. cccclxiiij. in antiqs. de ſent. excō. Itē pt bñficiū acceptare vt dicūt ijdem do. eo. titu. deciſ. cxxvi. optare tñ prebendam non pōt vt ibidem.
Anto. Franciſ.
¶ An excōicat⁹ poſſit impetrare bñficium eccleſiaſticū habetur in. c. poſtulaſti. de cle. exc. mi. vbi habetur qd nō. ⁊ vide do. Car. in cle. i. ſ. §. i. de relig. do. ⁊ dños de Rot. in deci. cxlix. incip. nota ꝙnō admittitur in antiqois vbi dicūt hoc eē verū in excōicato a lege ſecus in excōicato ab homine. ⁊ vide do. d Ro. i deci. clxxv. in anti. vbi dicūt ꝙ nō pōt optare de quo in. c. referente. de preben. vtrum aūt poſſit impetrare reſcriptum. vide q̄ plene habentur per And. ſicu. in. c. ſignificauerunt. in vlt. col. de excep. ⁊ p Phil. Frā. in c. bone. de app. et p Spec. in tit. de acto. in. §. i. inver. itē ꝙ eſt excōicatus. ⁊ de reſcrip. pſen. in. §. v. in v. ad primum. ⁊ per Io. and. in. c. i. de reſcrip. lib. vi. ⁊ p Car. in cle. ij. in. ſ. iiij. q. vt lite pen.
Sebaſti. Sapia.
g ¶ Uoluntarius. Quis ſit reus neceſſarius ⁊ q̄s voluntarius declarat Bar. ⁊ latius Alex. in. l. de pupillo. §. ſuos. ff. d oper. no. nū. Ro. ma. in ɔſ. cxxvij. incip. res iſta.

vel pone exēplū in.c.veniēs.ij.de teſti.dicit tamen
Inno.ꝙ ſi in libello ſpecificaret certa pſona vt ſi
petat minor vel eccleſia reſtitui ꝯ ſniam p petro ꝯ
ſe latā:vel qꝛ dānoſa eſt hereditas propter debita
petro vel ꝑpter legata ſibi relicta:tūc petrus ve-
niens audiret excōicatione nō obſtante cū videat
contra ipm ſpāliter actio dirigi vñ pōt dici reus
neceſſari⁹.dicit tñ ꝙ aliq dicūt etiā hoc caſu ipm
eſſe repellendū.d.Ant.dicit iſtū non admittendū
qñ acta iſti tertio nō p̄iudicarēt vel ſi preiudicarēt
non tamē in ſuo iure priuato vel eccl̃ie ſue:alſ cū
ſtimulet a p̄iudicio ſnīe q̄ ei p̄iudicat poterit ap-
pellare:qꝛ iſte eſt reus neceſſari⁹.hic eſt dictū Ho
ſtiē.ſ.eo.dilecti.ſentit Inn.in.c.ſup his.ſ.de accu.
⁊ facit qđ.ſ.dicā de app.extraiudiciali.Tene er-
go ꝙ aut ille cōparens p ſuo intereſſe vult aliqd
conſeq ⁊ nō admittit:qꝛ eſt mere voluntari⁹ in.c.
pia.ſ.eo.ti.li.vi.Aut vult euitare preiudiciū ⁊ gra
uamen ſibi imminēs niſi cōpareat ⁊ debet audiri
ſicut eſt videre in appellatione.nā ad appellandū
non moleſtat per iudicē ſed ſolo p̄iudicio ſnīe:eſt
enim iſta mera defenſio q̄ indiſtincte permittitur
excōicato vt hic.⁊ de hac materia vide qđ not.ſ.e.
c.dilecti.hec ꝓcedunt qñ timent preiudicium ſibi
inferendū vel illatū p iudicem:ſi aūt grauat extra
iudiciū per priuatū non auditur conquerens etiā
ſi petit reſtitutionē ſpoliatiōis.[a] vt in.c.ij.de ord.
cog.no.glo.in.c.ex inſinuatione.de ꝓcu.⁊.c.in no-
mine dñi.xxiij.di.⁊ Inno.in.c.cū noſtris.de cōceſ.
preben.⁊ no.in.c.dilectus.de reſcrip.diuerſitatis
ratio poteſt eſſe iudicio meo:qꝛ primo caſu mere
ſe defendit nec intēdit principalr conſequi vt hic.
In ſcđo vero vult conſequi ⁊ aliū impugnat:ideo
non audit nec ſit preiudicium irreuocabile ſi nūc
non audiatur cū obtenta abſolutione poterit age
re:ſed in iudicialibus niſi audiret de pñti nō poſ
ſet poſtmodū agere obſtante tranſitu in rē iudica
13 tam.¶ †Et per hanc rationē puto poſſe attenta
ri ꝙ ſi reus eſt fugitiuus:vel res eſt tpe peritura
excōicatū debere audiri:ſtimulat enim ad agēdū
ex imminenti preiudicio poteſt dici defenſio que-
dam:⁊ hoc eſt equiſſimū.facit qđ leg.⁊ not.in.l.aut
pretor.§.ſi debitorē.ff.de his que in fran.cred.⁊ in
l.nullus.C.de iudeis.hoc tñ puto verum reſpectu
debitoris fugientis:ſed ſi res eſſet aliter tempore
peritura:ſecus poſſet dici cū poſſit facere ſe abſo
lui:⁊ hoc expreſſe tenet Hoſt.in.c.ſignificauerunt
vbi dicit ꝙ ſi actio excōicati perit tpe non p hoc
debet admitti ⁊ ſi de facto fuit admiſſus non valet
etiā quo ad interrūpendā preſcriptionē:vnde di-
cit ſe putare ꝙ nulla ciuilis interruptio habet ex
cōicatum iuuare.ff.de reg.iur.l.qđ quis.⁊ in.c.i.de
poſtu.p̄la.naturalis vero que oībus ꝓdeſt ſibi ꝓ-
derit.ff.de vſuca.l.naturaliter.primū dictū vt non
valeat iudiciū ad interrūpendā preſcriptionē ſi
de facto fuit admiſſus:non puto verū:qꝛ oīa geſta
coram ordinario tenēt anteq̄ repellat:vt i.c.pia.
de excep.lib.vi.ſed corā delegato impetrato tem-
pore excōicationis poſſet dubitari:qꝛ illa geſta nō
tenent:vt in.c.i.de reſcrip.lib.vi.vnde eſſet incide
re in qōnē:an ꝑ actū iudicialē nulla interrumpat
14 preſcriptio.de quo dicet.ſ.ti.de p̄ſcri.¶ † Quid
aūt ſi cōtra reū[b] neceſſarium fuit facta miſſio in
poſſeſſionē ob ꝯtumaciā poſtmodū in excōicatio-
ne exiſtens petit poſſeſſionē ſibi reſtitui:nunquid
debet audiri:vide quod dixi in.c.qm̄.§.in alijs.et
ſeq.ſ.vt lit.non cōte.⁊ p Spe.in ti.de contu.§.fin.
ver.ſꝫ pone.plen⁹ p Bar.in.l.de pupillo.§.ſi.ff.de
no.oper.nū.vbi cōcludit ꝙ aut venit vt reus prin
cipaliter ad ſubeundā defenſionē cauſe:⁊ ꝯīr ad
recuperandā poſſeſſionem ⁊ debet audiri:qꝛ reus
eſt attēto p̄cipali.ar.in.l.ſi pupillus.§.i.ff.de pri-
ui.cred.⁊.d.c.i.§.in alijs.Aut principaliter petit
reſcindi qđ factum eſt contra ſe vel petit poſſeſſio
nem ſibi reſtitui:⁊ ōꝛ actor ar.l.in tribus.ff.de iud.
vnde oīa iura illa loquentia de actore habent lo-
cū in iſtoꝛ ſic nō vult reū debere hec vltimo caſu
audiri:⁊ idem hic do.Anto.Ego dico hic vltimū
non ꝓcedere qꝛ venit ſtimulatus ex facto iudicis
⁊ ſic eſt reus neceſſarius.Quēadmodū cū re⁹ gra

uatus appellat vt defendat ſe aduerſus ſniam:vt
hic ⁊.ſ.c.pe.⁊ ſi.ita ⁊ iſte grauatus p miſſionem:et
ſic per interlocutoriam iudicis pōt comparere et
allegare defenſionē ſuā ⁊ petere grauamen reuo-
cari:maxime ſi timet ne lapſu anni miſſus efficiat
verus poſſeſſor:⁊ ſic pdat poſſeſſionē:vt in.d.§.in
15 alijs.¶ † Venio ad ſcđm vez an excōicatus va-
leat indiſtincte appellare ⁊ appellationē proſeq:
⁊ dic ꝙ aut querit de appellatiōe iudiciali aut ex-
c traiudiciali.Primo caſu poteſt excōicatus[c] ſemp
appellare:eo tamen caſu quo poſſet non excōica-
tus.In hoc enim non differunt:vt hic:etiā ſi excō
municatus fuit actor originarius:qꝛ ad actum ap
pellatione venit neceſſitatus ſtimulo ſnīe:vt pro-
batur in.c.ſignificauerunt.ſ.eo.tit.⁊ appellationē
a ſe interpoſitā proſequi ⁊ literas ſup ea impetra-
re:etiā mentionē de excōicatione nō faciendo:vt
16 pbat.ſ.eo.ti.c.ſi.¶ † An aūt excōicatus appella-
tus poſſit appellationem interpoſitā p aduerſa-
rium proſequi aduerſario non pſequente videtur
quod ſic:qꝛ nō excōicatus poſſet eam pſequi.ſ.de
appel.c.oblate.ergo idē in excōicato cum in hoc
differant:vt.ſ.dixi.Ꝯtrarium videt velle Io.an.in.c.
pia.preallег.qꝛ reſpectu pſecutionis excōicatus
non ſtimulat cum rata remaneat ſnīa pro eo laca
aduerſario non proſequente.ſ.de app.c.perſonas
⁊.c.cū ſit.quod placet.ad quod facit quod.ſ.dixi.
17 ¶ † Scđo caſu[b].ſ.cum querit de appellatione ex
d traiudiciali.[c] Inno.fuit varius.hic tenuit ꝙ non
e cum talis appellatio ſit ad cām prouocatio:vt.d.
c.cum ſit.⁊ ſic habet vim conuentionis que excōi-
cato interdicit.Contrarium ſentit in.c.dilecti.de
ma.⁊ obe.Io.an.poſt alios concordando dicit in
d.c.pia.ꝙ aut appellatio eſt mere extraiudicialis
⁊ procedit primū dictum.Aut non eſt mere extra
iudicialis ⁊ procedit dictum contrariū ponit exē
plum huius vltimi dicti in eo qui appellat ab exe
cutore volente alicui ꝓuidere de beneficio qui pōt
vexare ⁊ grauare:dicit.d.Ant.primum dictū pro
cedere inquantum appellat a grauamine futuro.
ſcđm inquātū a grauamine preterito quo ad finē
deuoluendi.iuxta no.in.c.bone.de ap.putat tamē
ꝙ deberet audiri cū ſtimulet a grauamine maxi-
me vbi eſt grauamen poſſeſſionis:hoc dictū puto
oīno falſum:qꝛ talis appellatio eſt omnino extra
iudicialis cum ſit ad cām prouocatio nec ob gra-
uamen imminens cū vt.ſ.dixi non poſſit petere
reſtitutionem etiam ſi fuit ſpoliatus nec hoc caſu
defendit ſe:ſed potius vult aliū impugnare:⁊ po
terit abſolutione obtenta agere enim nullū ſit ſibi
iuris preiudicium.tene ergo ſimpliciter diſt.Io.
18 and.¶ † Iuxta p̄dicta quero pone ꝙ aliquis non
excōicatus extra iudiciū appellauit:⁊ poſtea excō
municat nunqd predictā appellationē proſeq po
terit non obſtāte p̄dicta excōicatione q̄ ſupuenit
⁊ intellige vt procedat dubitatio in appellatione
mere extraiudiciali.Inn.diſtinguit ꝙ aut nego-
tiū eſt delatum ad ſuperiorē:puta qꝛ poſt appella
tionē ⁊ ante excōicationē grauatus fuit in eo ſup
quo appellauit maxime ſi arripuit iter eūdi ad cu
riā aū excōicationē:⁊ poterit dictā appellationē
pſequi ar.iij.q.ix.reuera.qꝛ generaliter ōꝛ excōi-
catum poſſe ſuā appellationē pſequi:vt in.c.fin.ſ.
eo.ti.⁊ qꝛ iam videt ceptū iudiciū vel appellatio-
nis cā.ad hoc qđ no.de offi.deleg.c.gratū.⁊.c.cum
cām.Aut ante excōicationē nō fuit grauatus:⁊ p
ꝯñs appellatio nondū habebat effectū nec nego-
tium erat tranſlatū ad ſuperiorē ⁊ nō poterit hoc
caſu appellationem pſequi.Refert tamē Innoc.
alios tenere ꝯtrarium dicens ꝙ indiſtincte talē ap-
pellationē poterit pſequi excōicatus.d.Anto.te-
net primā diſtinc.⁊ reddit rationē diuerſitatis in
ter primū caſum ⁊ ſcđm dicēs ꝙ qñ iam superue-
nit grauamē ſe defendit ſtimulatus qđ nō eſt ante
ideo repellitur.hec iudicio meo non eſt ſufficiens
diuerſitatis ratio:qꝛ tempore pſecutionis ſemp
reperitur grauamen preceſſiſſe:⁊ ſic ſm rationem
ſemper deberet admitti cum veniat a grauami-
ne ſtimulatus quod eſt falſum.Ego autem ſaluo
meliori iudicio dicerem qđ nec in primo caſu nec
in ſecundo

Sebaſti. Sapia.
a ¶ Reſtitutionē ſpoliationis.vid Fel.in.c.dilect⁹.co.pe.⁊.no.regulam.ſ.de reſcri.
b ¶ Cōtra reū.an excōicatus poſſit petere reuocari tenutā.⁊ de bāli gdꝑ.d.Ant.in.c.dilect⁹.el.i.de reſcri.⁊ p Do.poſt Io.l.c.i.in.ij.col.de reſcr.in.vi.qd de bannito.vide bar.in.l.nō cogē dū.§.ſi ꝓcura.ff.de ꝓcu.⁊ de.q.hic poſita in termis vide Lapū alle.lv.in.iiij.col.
Zacharias.
¶ Adde Inno.in.c.dilecto.de v.ſig.⁊ Bu.hic qui a tenēt gl.⁊ Ant.de quo Spe.l tit.de ꝯtu.§.ſi.v.ſed pone.Alexā.in.l.libertas.de i ius vo.Bel.in addi.Spe.in hac.tit.de cōtu.ver.an ve niens.Gemi.l.c.i.⁊ ibi l apo.celſi.de reſcri.lib.vi.⁊ Bald.⁊ Pau.de ca.in.l.teſtamēta.C.de teſta.
¶ Adde Calde.cōſi.i.de arbi.vbi ponit an petenti reductionem ad arbitriū boni viri obſtet exceptio excōicationis.
Anto.Franciſ.
¶ An excōicat⁹ vel bānit⁹ poſſit petere reuocationez tenute:dicas vt habet p doc.i c.Itellegimus.de iudi.⁊ an eodem mō poſſit petere reuocari attenta appellatiōe pēdente.vide Ioā.de imol.⁊ Phil.in.c.bone.de ap.vbi dicūt ꝙ ſic ſi appellatio ſit iudicialis.ſecus ſi ſit extraiudicialis.vt p Io.an.c.i.de excep.lib.vi.
Sebaſti. Sapia.
b ¶ Contra reum.Uide Ro.in ꝯſi.cexvij.incip.reſ iſta.⁊ Nellum de ſancto Gemi.in tract.bannitorū.in.i.parte ſecūdi tpis.q.lxiiij.Fel.in.c.intellexim⁹.ſ.de iudi.colū.ij.ver.vtrū aūt ex-

cōicatus.⁊ l.c.ſignificauerunt.ſ.codem.
c ¶ Excōicatus.Sed tu hoc itellige verū ſi ante q̄ proſequeretur appellationē petat ſe abſolui ab excōicatiōe nā ſi hoc non petit repellit a proſequēdo tanq̄ contem nens excōicationem.ita no.limitat do.Ant.in.c.ab excōicato.in xxiij.co.de reſer.⁊ vide Areb.iiij.q.i.in ſum.vltra mediū:vbi dicit ꝙ nulla defenſio ſiue fauorabilis ſiue odioſa eſt de neganda excōicato vel heretico:⁊ videt reprobare ibi dictū Uin.in c.ſi aduerſus.de here.qui dixit ꝙ mulier heretica nō poterit vti beneficio velleianī qđ erat inductū in fauorē mulieꝝ ſed dicebat ꝙ hū heretic⁹ poterat ſe iuuare auxilio macedoniani:cū nō ſit inductū in fauorē:ſꝫ in odiū creditorū.Itē vide qđ de hoc no.Areb.in.c.quod autem.in.ij.colū.iij.q.i.
d ¶ Secūdo caſu.vtrū excōicatus poſſit appellare extra iudicium:⁊ de hoc per pet.de anc.in.c.cōcertationi.circa ꝓn.de appel.eo.lib.
Sebaſti. Sapia.
e ¶ Extraiudiciali.Uide Philip.peruſ.in.c.bone.in.xi.q.ſ.de app.Gemin.in.c.i.§.i.col.ij.verſ.qd de appellatione extraiudiciali.ſ de excep.in.vi.

in ſcđo pôt excõicatus proſequi ex quo appellatio eſt mere extraiudi-
cialis. Moueor principaliter qr appellatio extra iudiciū nõ eſt ppriē ꝛ
ſtricte appellatio: ſed potius quedā puocatio ad cauſam: vt eſt tex. ſin.
in. d. c. cū ſit. nec ſuperueniētia grauaminis mutat naturā iſtius appel
lationis ſed eā verificat ꝛ facit eam vires aſſumere vbi pmo erat quaſi
cõditionalis ꝛ pendebat a futuro grauamine. vnde regulr nõ tenetur
appellatus cõparere ad terminū appoſitū per appellātē: ſed oꝫ iudex
ad ipſius inſtantiā citare aduerſariū. vt no. glo. in. d. c. cum ſit. ꝛ Inno.
in. c. dilecti. de ma. ꝛ obe. ꝛ ſic cū appellans ſemp teneat locū actoris po
teſt ſemp repelli pretextu excõicationis etiam ſupueniētis. vt in. c. pru
dentiā. §. vi. de offi. dele. ꝛ. ſ. c. c. exceptionē. ꝛ in. d. c. pia. Nec ob. c. ſi. ꝭ. eo.
ſup quo ſe fundat Inno. dicēs ibi caueri excõicatum poſſe appellatio-
nē pſequi: qr loquit de appellatione ppriē ſumpta. ſ. iudiciali. nam niſi
tūc poſſet appellare ꝛ appellationē pſequi ſentētia tranſiret in rē iudi
catā. ꝛ ſic ppriē ſe defendit appellando ꝛ appellationē proſequēdo: ſed
nos loquimur in appellatione extraiudiciali ꝛ in grauamine extraiu-
diciali facto per partē quo caſu ceſſant rõnes predicte: tamen pote-
rit poſtmodū qñcūqꝫ pſequi grauamen ſaltē per viā querele. de app. c.
cõcertationi. lib. vi. ꝛ ſic nõ timet de tranſitu in rem iudi. nec ob. qđ op-
ponit de grauamine: qr hoc idem eſt reperire circa omnē appellationē
ꝛ tamē nõ poteſt excõicatus id pſequi etiam ſi fuit ſpoliatus. vt. ꝭ. dixi
licet ſpoliatio ſit in multis priuilegiata. de ordini. cog. c. ſi. ad hoc facit
19 qđ. ꝭ. dixi. ¶ † Iuxta predicta queritur ſupra vidimus qñ excõicatus
appellare non poteſt: non queritur an in aliis caſibus poterit ſaltē ab-
ſolutus appellare nõ obſtante lapſu decēdii a tpe grauaminis ſeu ſen-
tentie. Solu. Innocē. ponit circa hoc duas opiniones. Prima vt poſt
abſolutionem audiat nõ via directa ſed per reſtitutionē in integrum.
debet eñ ſibi reſtitui facultas appellandi ex quo nec per ſe nec p procu
ratorē potuit excõicatione obſtāte ius ſuū pſequi. ff. ex qui. cau. maio. l.
ſed ꝛ ſi. ff. de minoribus. l. papinianus exuli. Secūda opinio eſt ꝙ excõ-
municato nõ currit tempus ex quo nõ potuit agere ſeu appellare. vn-
de poſt abſolutionem poterit appellare infra decem dies quaſi tēpus
decendii ad appellandum currat poſt abſolutionē obtentam: ꝛ inducit
in ar. ꝙ excõicato tps nõ currit. vt in. c. qr diuerſitatē. de conceſ. preben.
fatetur tñ Inno. ꝙ factū cõtra excõicatū tenet nec poteſt retractari: qr
vocatus nõ fuit vel admiſſus ꝙuis nõ excõicatus poſſet ob hoc dicere
actum nullū. vt no. ꝭ. de procura. c. in noſtra. hoc vltimū dictū Inn. in-
telligo qñ actio nõ dirigebat ſpecifice cõtra excõicatū: vtputa cum pe
titur confirmatio electionis vel in caſu aut. ſi omnes. C. ſi de ſe ab here.
abſti. vel ſimili. alias dicerem actū nullū ſi pceſſum fuit cõtra excõmu-
nicatū eo non vocato. arg. hic iuncto. c. oīa. ii. q. iii. c. caueant. Sed circa
principale dictū plus placet Inno. prima opi. vt audiat per viā reſtitu
a tionis[a] quam dicit concedēdam qñ aliter ſuper iure ſuo ſibi ſubuenire
nõ poteſt. Si autem aliter agere poteſt vt in cõfirmato q poſt cõfirma
tionē poteſt accuſari de criminibus nõ reſtituet iſte nūc abſolutus ad
appellandū. ad pdicta facit. c. cõſtitut⁹. de app. idem. l. i. ꝛ. ii. ff. ex q. cau.
ma. Aduerte qr idem Inno. in. c. prudentiam. de offi. dele. videt magis
accedere ad ſcđam opi. dicit enim ꝙ ſi excõicatus nõ fuit admiſſus ad
agendum poſt abſolutionem agere poterit preſcriptione non obſtāte:
qr per iudicem vel aduerſarium ſtetit quominus ageret in tpe: adducit
no. in. c. ex ratione. ſ. de appel. Hoſti. hic non placet prima nec ſcđa opi.
primā impugnat ex eo qr cum fuerit excõicatus pter delictū ſuum nõ
meretur reſtitutionē in integrū: licet aliud ſit in abſente cauſa reipub.
vel in detento iuſto impedimento in quibus caſibus loquūtur iura ſu-
perius inducta per Inno. vnde de vno caſu ad alium non eſt bona illa-
tio. Secūdam opi. impugnat: qr aut fuit caſus in quo poterat excõica-
tus appellare: ꝛ ſic currit ſibi decendiū cum appellare poſſit. vt hic. ꝛ. ſ.
eo. c. ſi. Aut erat caſus in quo nõ poterat appellare: ꝛ tūc ceſſat queſtio.
Sed in. c. ſignificauerūt. ſ. eo. formās queſtionem: nunquid excõicatus
poſſit petere reſtitutionē cõtra ſentētiā a qua nõ appellauit: refert con
trarias opin. ipſe vero dicit qđ ſi petitur reſtitutio ex clauſula generali
tali clauſula expreſſa qua probata niſi ſubueniret dānaretur innocens
vel periret aīa ſubueniēdum eſt. ar. hic. ꝛ. ꝭ. de in integ. reſti. c. ex literis.
Si vero petitur reſtitutio ex alio fauore dependēs excõicatus repelle-
retur cū de iniquitate iudicis vel iniuſta ſentētia nõ conqueraꝶ. ar. ff. de
mino. l. prefecti. Nec ob. iſte tex. vbi excõicato ſubuenit ex equitate quia
equitas ſuadet vt hi qui ſunt excluſi a participatione eccleſie repellan-
tur ab omni legum fauorabili auxilio: imputetur ergo ſibi ſi nõ appel-
lat: ꝛ licet loquat in excõicato: tamē in ratione ſua videtur limitare pri
mam opi. ſcđam opi. videt limitare in. d. c. prudentiam. nõ ſolum reſpe-
ctu appellationis: ſed generaliter ſentit ꝙ ſi excõmunicatus fuit in mo
ra petendi abſolutionē currit ſibi tempus: quaſi tūc impediatur agere
ex culpa ſua ꝛ non per iudicem vel aduerſarium: ſecus ſi non fuit in mo
ra. do. Ant. hic dicit ſatis eque poſſe diſtingui an excõicatus ſit iniuſte
et audiatur vel ſibi nõ currat tempus vel ſaltem reſtituatur an iuſte eſt
in culpa petendi abſolutionem currit tempus a tempore culpe et non
reſtituitur: non a tempore ſententie ſi non eſt culpa: quia forte vellet ſed
non poteſt tunc non currit vel ſaltem reſtitueretur. Nec obſt. quod de-
lictum non poteſt cauſam legitimam impedire vel curſum reſtituendi:
quia delictum vel culpa non eſt immediata cauſa: quare non poteſt ſed

eſt excõmunicatio. vt no. de conceſ. preben. c. quia
diuerſitatē ſm eum. Et vide ad hoc vltimū quod
no. glo. in regula. imputari. de reg. iur. lib. vi. Ego
latius conſiderando diſtinguerem ſic. ꝙ aut loqui
mur in facultate appellandi aut aliter agendi: pu
ta pro rebus ſeu iuribus preſcriptis propter defe
ctum facultatis agēdi. Primo caſu aut queritur
de facultate appellandi in iudicio aut extra. ſi in
iudicio non debet audiri poſt tempus a iure pre-
fixum nec ipſo iure nec per viam reſtitutiõis ſiue
excõicatio fuerit iuſta ſiue iniuſta ſiue fuerit in mo
ra petendi abſolutionē ſiue non. Ratio huius di-
cti eſt: qr excõicatio nõ impedit facultatem appel
landi vt hic. ꝛ. ſ. c. ſi. hoc verū quādo pretendit im-
pedimentū ex capite excõicationis: ſecus ſi pretē
dit aliud impedimentū ex cauſa probabili. et hoc
caſu procedit dictū Hoſt. ſ. e. in. c. ſignificauerunt.
Si vero de appellatione extra iudiciū queritur:
ꝛ tunc in caſibus in quib⁹. ꝭ. dixi excõicatuꝫ poſſe
appellare puto diſtinguenduꝫ. vt. ꝭ. dixi. In aliis
vero caſibus ſecus cum ſubſit remedium agendi
per viam querele. vt in. c. concertationi. de appel.
lib. vi. ꝛ ſi tempus agendi eſſet elapſum: ꝛ ſic obſta
ret preſcriptio tunc dicēdum vt in ſequenti caſu.
et hoc de primo membro. Quo ad ſecundum mē-
brum ſatis puto procedere dictum do. Anto. ꝛ fa-
cit. d. l. pap. exuli. ff. de mino. et per hoc eſt expedi-
20 ta prima pars glo. ¶ † Uenio ad ſecundam par-
tem ꝛ op. contra tex. videtur enim excommunica-
tum non admittendum etiam ſe defendēdo. quia
reus habet iurare ſicut et actor de calumnia. ꝭ. de
iura. calum. per totum. excommunicato vero non
licet tāgere ſacra ſicut nec ingredi. v. diſt. ad eius
xxi. diſtin. cleros. Sol. vt in gloſ. que ſoluendo di-
cit excommunicatum admittendum. quia hic ve-
nit in odium ſuum. alias reportaret commodum
de malitia ſua contra. c. intelleximus. de iudi. et
hec eſt bona ſolu. et vide in periuro quod le. et no.
in. c. cum in eccle. de maio. et obedien. vide etiam
quod not. i. q. i. qui ſtudet. et. xxiii. qđ. iiii. vir cum
propria. ¶ Quero quid ſi excommunicatus con-
b uenitur ſuper eo pro quo fuit iniuſte[b] excommu-
nicatus. nunquid poteſt excipere quod non tenea-
tur reſpondere niſi prius reſtituatur ad commu-
nionem qua fuit iniuſte priuatus. gl. in tertia par-
te cõcludit quod ſic dummodo probet quod iniu-
ſte excõmunicatus fuit. Hoſtien. hoc dicit verum
ſi agat excommunicatus vel is qui fecit iſtum ex-
communicari. ſecus ſi alius. argu. ſ. de reſtitutio.
ſpoliatorum. c. frequens. lib. vi. et credo quod hoc
fuit de mente gloſ. et id quod no. hic firmat gloſ.
in. c. nullus. ii. qõne. ii. vbi dicit idem in ſuſpenſo.
et vide ibi per Archid. Ex quo ſingu. not. quem
poſſe petere reſtitutionem illorū iurium que pro-
prie poſſideri vel quaſi poſſideri non poſſunt: ſed
concernunt quodammodo ſtatum perſone. facit
21 ad materiam. c. querelam. de elec. ¶ † Et per hoc
c dicit Lap. alleg. lxxi. quod ſi preſbyter[c] parochia-
lis non exhibet parochiano ſacramenta ſicut de-
bet et ſolitus erat facere ſi petit ab eo vel alia iu-
ra parochialia poterit parochianus excipere qđ
non exhibet ſacramenta vt prius: ꝛ quod cum pri
uauit quaſi poſſeſſione exhibitionis. et ſatis be-
ne facit text. in dicto. c. nullus. et vide quod not.
22 lxxxiiii. diſtinc. quiſquis. ¶ † Quero dicitur hic
quod ſuſpectis iudicibus ex certa ſcientia papa
cauſam non committit: pone quod ſententia la-
ta detegatur iudicis ſuſpitio nunquid debeat re-
tractari. Solu. gloſſ. in verbo. de certa ſcientia. ar
gumen. per iſtum text. quod ſic quia litere ſic ob-
d tente nullam videntur conferre iuriſditionem[d]
de. c. quo tamen. remittit ad not. in. c. ad audien-
tiam. ii. de reſcrip. Idem videtur notari in ordi-
nario. in. c. quoties. ii. q. vi. Aduerte: quia funda-
mentum huius dicti eſt falſum. ſuſpitio enim non
inducit nullitatem reſcripti ipſo facto: licet p ex-
ceptionem poſſit iuriſditio elidi: vt patꝫ in. c. inter
monaſteriuꝫ. ſ. de re iudi. quinimo nec qlibet alia
ſurreptio. vt no. in. c. ceterū. ꝛ. c. ad audientiam. ꝭ.
de reſcrip. vnde puto quia nec in ordinario nec in

Sebaſti. Sapia.
a ¶ Per viā reſti-
tutionis. Uide
Abb. in. c. i. verſ.
ſꝫ ego formo que
ſtionē. col. iii. ſ. de
preſcri. Gemi. in
cõſ. cxiii. inci. pro
intellectu Abb. i
c. xxii. incip. qđā
ioānes. in. ſi. vol.
ꝛ Are. in cõſ. ci. i-
cip. in cā georgii.
Zacharias.
b ¶ Iniuſte. Ad-
de ꝙ etiā ſi iuſte
fuit excõicat⁹ nõ
tenet rñdere ſi cõ
uenit ſup eo pro
quo eſt excõicat⁹
iuſte niſi prius ab-
ſoluat ita conclu
dit rota dci. xxxi.
inci. no. ꝙ vbi. in
anti.
c ¶ Et facit ad ꝭ
gl. ꝛ qđ ibi no. i. c.
oīs chriſtian⁹. de
cõſe. di. i. ꝛ de iſta
q. in terminis vi
de p doc. in. c. fre-
quēs. §. ſi. in vlti.
co. de reſti. ſpo. li.
vi. ꝛ lati⁹ per do.
Ant. in. c. cū dile
ctus. in. xv. colū.
ꝟ. ex his occidit.
de ordi. cog.
d ¶ Cõferre iuriſ-
ditionē. ſed pon-
dera qr iſta gloſ.
ſentit ꝙ reſcri-
ptuꝫ recipit vim
ex mēte reſcribē
tis modo ſi com-
mittēdo cām iu-
dici ſuſpecto ex-
tra mētē pape vi
det ꝙ reſcindat
reſcriptuꝫ vel ſit
nullum ipſo iure
ergo reſcinditur
ſnia: quia tale re
ſcriptū nõ pſtat
iuriſditionē: nec
dicit ꝙ reſcriptū
teneat: qr ego te-
neo ꝙ ſit ipo iure
nullū p id qđ ha
bet in. c. ceterū. de
reſcrip. vide ibi.
Andr. barba.

a ¶ Excõicatus. An excõicatus poſſit cõpenſare ⁊ de hoc ⁊ de heretico vide p Albe.in.iiij.parte ſtatu.q.xcj.de hoc etiam vide p gloſ.iiij.q.j.in ſum.p Inno.in.c.ſi vere.in fi.glo.magne.de ſen.excõ.p Bal.in.l. cũ papinianus.in fi.C.de ſen.⁊ interlo.om.iu.⁊ in.l.qm̃ alexãdrũ.C.de adul. ⁊ per Bar.in.d.l.amplꝰ nõ peti.ff.rẽ ra.ha. Et dato ꝙ excõicatus non poſſit cõpenſare an eius fideiuſſoꝛ poſſit opponere exceptionẽ cõpẽſationis cõpetẽtem pn̄cipali excõmunicato. vid̃ p pc. de anch.l.c. itellexīmꝰ.de iudi.ad quẽ locum ipſe ⁊ do.pe.ĩ hac q.ſe remittũt i.c. pia.circa fi. de exce p.l.vi.⁊ ꝙ excõicatus poſſit com a penſare:cꝫ Bar. brixi.i.q.venereali que incipit q̃ritur vtrũ excõicatꝰ. cuiꝰ opi. dicit verã Archi. iiij. q.j.in ſum. in fi.ſi debitũ eſt liquidũ ⁊ cõſentit aduerſarius q2 tũc in nullo ĩpugnatur ⁊ ceſſat ratio huius.c. cũ iter. Et ꝙ excõicatus nõ poſſit cõpẽſare cꝫ Bal.in.c.intellexīmꝰ.in pn̄c. ij.col.d̃ iudi.⁊ idẽ Sali.poſt Ja.de are.in.d.l.qm̃.alex.in.iij.col.⁊ idẽ bal.in fili penitꝰ q.in diſputatiõe ſua q̃ incip. ſtatuto cauet ꝙ feneratoꝛ.in.xj.colũ. ¶ Adde an exceptio cõpẽſationis dicat̃ pprie exceptio ⁊ an cõpenſans dicat̃ agere. Alex.cõſi.xij.ij.li. ⁊ cõſi.xxiij.iij.lib. Anto.Franc. ¶ An excõicatꝰ poſſit opponere exceptionẽ cõpẽſationis.vide bal. in addi.Spe.i ti. de arbi.in v̉. hac ratione.⁊ Paul. de ca.in cõſi.lxiiij. ⁊ bal.i.l.qm̃ alexãdrũ.C.d̃ adult.et alex.de uno.in.l. libertus.ff.de in ius voc.vbi vltra hic allegata cõcludũt ꝙ excõicatꝰ nõ põt opponeꝛ exceptionẽ cõpẽſationis qđ dicit Abb.verũ.in.c. cũ inter.hic alle. ſi actoꝛ negat debitũ.al̃s ſecꝰ ⁊ ibi ẽt ponit qđ de fideiuſſoꝛe excõicati an poſſit opponere cõpẽſationẽ.

delegato ex hac ſola cauſa poſſit retractari ſententia:q2 non ſequitur iudex fuit ſuſpectus:ergo tulit iniquam ſententiam. Si enim credebat ſententiã iniquã debuit appellare:quapꝛopter ſibi imputetur ſi ſñie acquieuit.j.de re iudic.c. quod ad conſultationem.facit quod le.⁊ not.in.c.cum.J.⁊ A.de re iudi.⁊.c.ſicut.de teſti. Et ad iſtum tex.dico quod papa non committit ſuſpecto cauſam ex certa ſciẽtia.ſ.quin recuſari poſſit iuriſditionem tamen confert.quod patet ex eo quia parte nõ recuſante tenet ſententia:vt in.c.inſinuante.de offi. dele.⁊.d.c.inter monaſterium.qđ non eſſet ſi nullã 23 iuriſditionem iudex recepiſſet. ¶ † Venio ad gloſ.que in effectu querit nunquid excõmunicatusᵃ conuentus poſſit ſuum debitum compenſare. et concludit ꝙ non:quia qui compenſat quodãmodo agit et petit.l.amplius.ff.rem ra.ha. quinimo ſm glo.ſi aduerſarius excõmunicatum nõ repelleret poſſet iudex ex officio illud facere.j.eo.c.exceptionem.hanc opi.glo.tenent Joan.An.et idem Tan.hic.⁊.j.de ſenten.excom.ſi aliquando. Hoſt. pꝛimo arguit pꝛo opi.contraria. ſed finaliter pꝛobat opi.gloſ.veriorem vt excommunicatus compenſationem obijcere non poſſit: quia qui dãnatus eſt non petere compenſare non poteſt.d.l.amplius.ad fi. Bartho.brixien.in queſtione venereali que incipit queritur vtrum excõicatus. dicit ꝙ licet Tan.⁊ Joã.dicant contra:ipſe tamen putat excõicatum poſſe cõpẽſare:⁊ idem Phi.j.eo.c.dilecte.⁊ per.l.verum.ff.de compen. Hoſtien.pꝛimo arguit pꝛo compenſatione:q2 qui compenſat pꝛoprie non agit quod patet ex eo q2 venit in cõpenſatione ſm leges quod non venit in petitione vt debitum naturale.ff.de compen.l.j. Item excõmunicatꝰ ſoluere debet.et hoc videtur facere qui compenſat.l.ſi debitoꝛ.ff.qui po. in pig.ha. Demum diſtinguit quod aut debitum eſt liquidum nec aduerſarius negationẽ vel exceptionem pꝛetendit:ſed conſentit quod fiat compenſatio et debet admitti:vt.l.fi.C.de compen.⁊.c.bona fides.j. de depo.et ſufficere debet iudici qualitercunqꝫ ſatiſfiat actoꝛi.ff.de pig.actio.l.ſi rem.§.omnis. Si autem aduerſarius excõmunicati negat vel excipiat:tunc ſecus ſm eum. Jo.and.expꝛeſſe non eligit moꝛe ſuo quid velit. Pꝛimo enim confirmando opi.glo.dicit quod duplex eſt defenſio.vna que habet naturã ſolius excluſionis: ⁊ hec excõmunicato permittitur vt hic.⁊.ff.de accu.l.ſeruos. alia que habet naturam impugnationis et actionis vt compenſatio.⁊ hec non conceditur.C.de adul. l.qm̃ alexandrum.ſed in alia addi.ad fi. ſentit cõtrarium dicens nõ obſtare quod compenſans dicatur agere:quia idem dicitur de excipiente ⁊ tamen excommunicatus excipit vt hic vnde verum eſt ſm eum qui compenſat agit quo ad hoc quia habet pꝛobare.ſed veritate inſpecta nõ agit:quia iam compelleretur actoꝛ ſi ageretur reſiduum reſtituere.quod tamen non facit ſed ſolum fit compenſatio.⁊ hanc opi.ꝙ poſſit cõpenſare ſequitur hic.d. Anto.⁊ mouetur quia excõmunicatus poteſt excipere:⁊ compẽſare excipere eſt.debet enim attendi quod pꝛincipaliter agitur:vt.l.j.ff.de muto.tuto.finis autem compenſantis eſt pꝛincipaliter actoꝛem a ſua petitione repellere:licet in cõſequentiam ſibi debitum conſequatur: et hoc idem conſequitur excipiendo Non obſt.l.amplius. vbi pꝛomittens non petere non poteſt compenſare q2 verum eſt quod in effectu compẽſans petit. quem quidem effectum aduertit recipiens pꝛomiſſionẽ de non petendo ſed directe ſi agit:ita vt ob hoc excommunicatus repellatur. Jac.de are.cum quo tranſit Cyn.in.l.qm̃ alexandrum.C.de adul.dicit quod excommunicatus vel bannitus qui non poteſt agere non poteſt compenſare: quia compenſatio habet in ſe quandam impugnantiam et petitionem. Barto.in.l.amplius.pꝛeallega.tenet ꝙ gloſ.hic vt non admittatur compenſatio. et hoc idem dicit tenere Old.⁊ Jaco.de are.per illam.l. amplius.per quam etiam dicit compẽſantem in debitum ſolutum incidere in penam ſtatuti punientis petẽtem indebite ſolutum quod no. Puto quo ad noſtram queſtionem ſatis eque poſſe diſtingui quod aut aduerſarius confitetur debitum et acquieſcit compenſationi ⁊ admittitur:nec debet iudex ex officio ſuo repellere quia nõ agit: ſed potius ſoluit et non refert qualitercunqꝫ ſatiſfaciat.vt.d.l.ſi rem.§.omnis.⁊ ſic procedit opi. Hoſtien.aut aduerſarius negat et non acquieſcit cõpenſationi:⁊ tunc de rigoꝛe pꝛocedit opi.glo.⁊ ſequaciũ que videtur magis cõmunis.ſed de equitate quam puto obſeruandam videtur admittenda cum ſit quedam defenſio cum ideo nõ ſoluit q2 impediatur ex facto aduerſarij. ſi enim ille actoꝛ ſibi ſolueret iſte excõicatus ſatiſfaceret. vnde impeditur per actoꝛem ipſum quominus ſibi ſatiſ24 faciat. ¶ † Ad hoc quod no. Bart.in.d.l. amplꝰ vbi concludit non incidere in periurium: qui iu b rat ſoluereᵇ ſi compenſat ratione pꝛedicta. et hoc puto magis iuri ⁊ rationi conſonũ cũ omnis defenſio excõicato reſeruet̃ vt hic.⁊ ad.l.amplius. reſponde vt.ſ.ꝙ ibi cõſiderat̃ effectus compẽſationis:q2 dãnificat partẽ contra pactũ de nõ petendo ſed excõicatus nõ repellit̃ a iudicio quatenus aliũ ſtimulat ſed ſi ſtimulatur admittit̃ volens ſe 25 defendere compenſando vel alio modo. ¶ † Vnũ tñ notabis ꝙ ſi nõ excõicatus petit aliquid ex aliquo contractu ab excõicato ꝙ non excõicatꝰ cogitur dare excõicato omne id qđ tenet̃ ex eo cõtractu ita notãter p iſtũ tex.dicit Inn.in.c.ſi vere.de ſen. excõ.p hoc dixit Jo.an.hic excõicatum poſſe excipere cõtra emptoꝛẽ ꝙ nõ tenet̃ tradere rẽ quã vẽdidit niſi ſibi pꝛtiũ numeret̃.⁊ idẽ no.c.j.ſ.de pact. 26 ¶ † Quero pſuppoſito ꝙ excõicatꝰᶜ nõ poſſet ſuũ c debitũ cõpẽſare nunqđ ſaltẽ ipſius fideiuſſoꝛ cõuentus poſſit cõpẽſare debitũ ipſius excõicati: et videtur pꝛimo ꝙ nõ q2 hoc eſſet pꝛouidere etiã excõicato.⁊ ſic pꝑter cõnexitatẽ de vno dicto debet extendi ad reliquũ.de cõſti.c.trãſlato.⁊ facit.l. pedius.ff.de arbi.⁊.l.j.§.item querit̃.ff.de aqua quo. ⁊ eſti. Itẽ ſi admitteretur vitiarent̃ due regule q2 nõ ſequeret̃ acceſſoꝛiũ naturã pꝛincipalis. Item de negatum vna via admitteret̃ alia via:cõtra regulam acceſſoꝛiũ.⁊ regulã cũ qđ vna via. de reg.iur. lib.vi. Jo.an.tenet cõtrã ſñiam.ſ.ꝙ ſi debitũ eſt cõpẽſabile poſſit indiſtincte fideiuſſoꝛ cõpenſare excõicatione pꝛincipalis nõ obſtante. Mouet̃ q2 ius pꝛmittit fideiuſſoꝛi ſoluere de ſubſtantia debitoꝛiſ. ff.mã.l.ſi pꝛocuratoꝛem.§.ſi ignoꝛãtes.et q cõpenſat ſoluit:vt.ſ.dictũ eſt nec obſtare debet excõicato fideiuſſoꝛi onerosã cauſam habenti.ff.de do.exceep.l.apud.§.ſi cum legitima. Item cum exceptio perſonalis rei non iuuet ipſum fideiuſſoꝛem.ff.de excep.l.exceptiones que perſone.multominꝰ pſonalis cõtra reũ debet nocere.ff.de reg.iur.l.j.⁊ regula odia.lib.vi.⁊ hanc opi.ſequit̃ hic.d.Ant.⁊ vi d detur mihi veriſſima:facit qđ not.gloſ.in.c. vno. de iurepa.lib.vi. Itẽ adduco talẽ rationẽ excõicatus repellit̃ ab agẽdo ſeu petẽdo pꝑter cõmunionis periculũ:⁊ vt ruboꝛe ſuffuſus citiꝰ ad cõionẽ redeat:vt in.c.pia.de excep.li.vj.que rationes ceſſant in fideiuſſoꝛe.auditur enĩ ipſe pꝛoponens exceptionẽ competentẽ reo pꝛincipali ex pſona ſua:cũ omnis exceptio competẽs ipſi reo pꝛincipali cõd petat ex iuris diſpoſitione ipſi fideiuſſoꝛiᵈ etiã inuito reo:vt in.l.oẽs exceptiones.ff.de excep.⁊ pꝛopter cõnexitatẽ nõ debet innocens pꝛopter nocẽtem puniri:ſed nocens pꝑter innocentẽ tolerari vt in.c.ſacris.de ſepul.⁊ in.c.q̃ magnũ.xxiij.q.iiij.

¶ Vltimo

a ¶ Seb.Sapi. ¶ Excõicatus.vide Tindarũ in tract.de cõpẽſa.char. viij.v̉ſi.nũc videamus.⁊ Pau.de ca.in cõſi.lxiiij.incip.nanes ⁊ Geoꝛgius.ſm antiquã impꝛeſſionẽ.Albe.de ro.in.iiij. parte ſtatutoꝝ.q.xcij.

b ¶ Qui iurat ſoluere.Adde Alex.conſi.alle.xij.⁊.xxi.ij.lib. Anto.Franci. ¶ Adde ꝙ cõpẽſatio dicit̃ eſſe vera ſolutio.l.iiij.ff. qui potio.in pig.ha. et ideo q iurauit ſoluere ſi cõpẽſat nõ videt̃ piurus: ⁊ vide Bart.in.l. diuoꝛtio.in.§. ob donationes.ff.ſolu.mat.in.j. opp. ⁊ in.l. aufert̃.i.§. q cõpẽſationem. ff.de iu.fi.et ibi p Ale.⁊ habet̃ per Pau.de ca.in cõſil.xxxv.⁊ Bal.in l.ex cã.in pn̄.C.d̃ cõpẽ.⁊ in.l.tã mãdatoꝛ.l.C.de non nu.pec.in.iij. col. ⁊ ideo videt̃ ꝙ deciſio iſtiꝰ apoſtillantis ſit dubia: tñ Spe.in tit.de vſu.in.§.ſꝫ pone. dicit ꝙ ſi p ſtatutũ requireret̃ ſolutio vt q2 dĩc ſtatutũ nõ relaxari debitoꝛẽ q nõ ſoluit vel ſi dat terminum ad pꝛobandum ſolutionem nõ hꝫ locũ in eo qui cõpẽſationeꝫ opponit ſm Bart.not.in.l.in ca.in fi.C.de cõpẽ.⁊ vide Bar.in l.iulianꝰ.la.j.ff.d̃ cõdi.⁊ demõ.vbi d̃r ꝙ exceptio cõpenſationis ꝑpꝛie d̃r exceptio ſolutiõis ⁊ nõ vere ⁊ iõ poſſet dici ꝙ cũ iuramẽtũ debeat obſuari ꝙ nõ excuſetur a piurio q obijcit cõpẽſationẽ.c.de bitoꝛes.d̃ iureiu.

cit. c. cum inter. ↄ̃. eo. vbi excõmunicato permitti⸗
tur dumtaxat ſtricta defenſio: vnde prohibetur re
conuentio: ne remedium defenſionis permiſſum
trahatur ad impugnationis materiam. ⁊ ſic nullo
modo excommunicatus poteſt impugnare alium
etiam ad cõmodũ eccleſie: vt in. d. c. exhibita. Sol.
Inno. ↄ̃. eod. c. cũ inter. fatetur contrarium dicẽs
excõmunicatum non poſſe excipere contra peten
tem confirmationeꝫ ne defenſio trahat ad impu⸗
gnationẽ: ⁊ qꝛ cuꝫ ſit extra eccleſiam propter deli⸗
ctuum ſuum non intereſt ſua: nec poteſt excõmuni
cationem vel aliud crimen obijcere. argu. xxvi. di⸗
ſtinc. vna tantum. ⁊ qꝛ cum trabem geſtat in oculo
non poteſt feſtucam de oculo fratris eruere. iij. qð.
vij. §. tria. in fi. Ad hanc decre. reſpondet ꝙ loquit
in reo neceſſario: qð videt colligi ex litera ibi tra⸗
xiſſet in cauſam ⁊c. voluntarius aũt debet primo
fundare intentionẽ ſuam in iudicio: qð facere non
poteſt excõicatus: neceſſarius autẽ firmat inten⸗
tionem ſuam in pſonã hoc ipſo ꝙ vocatus et cita⸗
tus eſt ad iudiciuꝫ. de iudi. intelleximus. et. l. inter
ſtipulantem. §. j. ff. de verbo. obli. Hoſti. in. d. c. cum

inter ⁊ hic tenet oppoſitum adducens iſtũ text. in eo quod iſti canonici
prius ſe opponebant huic electo. ⁊ ſic erant voluntarij. Item adducit
caſum de tranſlato ad aliuꝫ epiſcopatum cui per canonicum ad impe⸗
diendam poſſeſſionem opponebatur crimen cũ infamia: contra quam
ipſe tranſlatus replicabat excõmunicationem. ⁊ dicit Clementẽ quar
tum diffiniuiſſe ꝙ replicatio non elidebat exceptionem licet ille eſſet
reus voluntarius prouocans non prouocatus. ideo concludit Hoſtiẽ.
illam diſtinctionem Inno. inter reum neceſſarium ⁊ voluntarium non
admittendam: niſi illam ſaluando dicamus ſm eum iſtũ qui vult ma⸗
lum prelatum repellere foꝛe neceſſarium ⁊ non voluntariũ. Quid eniꝫ
grauius intolerabilius periculoſius q̃ ꝙ detur lupus loco paſtoꝛis:
diſſipatoꝛ loco tutoꝛis: homicida pro medico: tyrannus pro defenſoꝛe:
inimicus pro aduocato. certi nihil. vt. ↄ̃. de elec. nihil eſt. et. c. ne ꝓ defe⸗
ctu. xl. diſtin. multi. Item cum excõmunicato reſeruetur exceptio cõtra
temporalem iudicẽ delegatum ſuſpectũ fortius dꝫ reſeruari ↄtra oꝛdi
nariũ q eſt perpetuus. ⁊ hoc dictũ Hoſti. dixit Spe. curiã ſeruare. ſ. qð
excõicatus pro eccleſia ſua poſſit opponere cõtra petentem confirma⸗
tionẽ etiam ſi voluntarie veniat: vt no. in Spe. de actoꝛe. §. i. ver. iteꝫ ꝙ
excõmunicatus. hoc etiã videt ſequi Ioã. and. Et ad. c. exhibita. halle.
dicit poſſe dici ꝙ ſi canonicus excõmunicatus prouocat ad iudicium
dans libellũ vt caſſetur electio repellitur ꝑ exceptionẽ ſi vero cõtra ꝓ⸗
uocantem ad confirmationẽ excipit etiam ſi ſponte veniat admittetur
hoc etiã dictum videtur ſequi do. Ant. nec Inno. contradicit in hoc ca
ſu propoſito ſi bene ponderent dicta ſua in. c. ſup his. de accu. in. ij. col.
vbi dicit ꝙ criminoſus non admittitur ↄtra petentẽ confirmationem
niſi ſua interſit: puta ꝙ ſit futurus ſuus prelatus vel ſit patronus. ne⸗
mini enim ius ſuũ proſequenti obſtat exceptio criminis. argu. iij. q. vj.
omnibus. ſm eũ. ⁊ pondera bene ſuã rationẽ. vult enim ꝙ excipiens cõ
tra futurũ prelatũ ſuũ dꝫ ius ſuum ꝓſequi nedũ eccleſiam ſuam defen⸗
dere. excõicatus aũt non repellitur a proſecutione iuris ſui. ꝓcedat er⸗
go dictum Inno. in. d. c. cuꝫ inter. cũ criminoſus excipit tanq̃ vnus de
populo contra petentẽ confirmationem. ⁊ forte poſſet attentari ꝙ gli⸗
bet etiã laicus futurus etiã ſubiectus eſt admittendus ↄtra petentem
ↄfirmationẽ nõ obſtante replicatione criminis per rationẽ. ↄ̃. dictam
⁊ facit. c. audacter. in fi. viij. q. i. ad p̃dicta etiam facit qð no. Ioã. and. in
c. pia. ↄ̃. eo. li. vi. vbi ↄcoꝛdando Inn. dicit ꝙ admittitur excõicatus ap⸗
pellans extra iudicium qñ aliqð preiudiciũ ex omiſſione poteſt ſibi ge
nerari. ſed in caſu noſtro preiudiciũ generaretur huic excõicato ſi non
poſſet ſe opponere contra petentẽ ↄfirmationẽ: quia obtenta cõfirma⸗
tione mitteretur in poſſeſſionem ⁊ durius tunc repelleret. iuxta ea que
7 leg. ⁊ not. in. c. veniens. ij. de teſti. ¶ † Opp. hic ↄtra exceptionẽ crimi⸗
nis nõ datur replicatio criminis. ⁊ ſic videt ꝙ contra exceptionẽ doli
non detur replicatio doli quod videt etiaꝫ probari in. l. apud iulianũ.
§. marcellus. ff. de doli excep. ¶ Sed contra hoc op. de. l. cũ mulier. et. l.
viro. ff. ſol. mat. vbi ſi contra mulierẽ repetẽtẽ dotẽ vir excipit de adul⸗
terio admittitur replicatio mulieris cõtra virum de lenocinio. ad idẽ
c. penul. ⁊ vlti. ↄ̃. de adul. vbi contra proponentẽ adulterium mulieris:
mulier admittit proponens adulterium viri. ⁊ ſic mutua compenſatio⸗
ne crimina tolluntur. Solu. glo. ſi. hic ſatis in ſua materia notanda in⸗
trat hanc difficultatẽ ⁊ in effectu pro ſolutione cõcludit quod replica⸗
tio admittitur quando ea non admiſſa excipiens remaneret in lucro
exemplum in. d. l. cum mulier. ⁊. d. c. penul. reijcitur vera replicatio ſi ea
admiſſa agens remaneret in lucro. ſic loquitur. d. §. marcellus. et caſus
hic. nam ſi replicatio iſtius electi fuiſſet admiſſa admitteretur iſte ele⸗
ctus excõmunicatus ad agendum. ⁊ ſic repoꝛtaret cõmodum. ⁊ admit⸗
tendo vel denegando: eadem eſt ratio: ne alter remaneat in lucro. alter
in damno. hoc vult in effectu tota iſta glo. hunc articulũ attingit In⸗
no. in. c. intelleximus. de adulte. ⁊ aliquid poſuit in. c. ſi quis preſbyte⸗
roꝛum. de reb. eccle. non alie. ſed Barto. ⁊ Bal. poſt Iaco. de are. ⁊ Bu⸗
triga. clarius procedunt in. l. cum mulier. ff. ſolu. matri. ⁊. l. viro. ff. codẽ.
b titu. Et primo ponam duas theoꝛicas ad cognoſcendum an ⁊ quãdo [b]
exceptio doli ſeu criminis tollatur replicatione doli ſeu alterius cri⸗
minis. Secundo ſubijciam exempla ad maioꝛẽ claritatem: quia mate⸗
ria eſt difficilis. Tertio ponam aliquas queſtiones notabiles et dubi⸗
tabiles. Quarto foꝛmabo ex me vnam paruam diſtinctionem pro ali⸗
quali introductione ad materiam. ¶ Prima theoꝛica eſt legiſtarum
⁊ maxime Barto. in. d. l. cuꝫ mulier. dicentis quod aut excipiens certat
de lucro captando. et admittitur replicatio doli ne cõis malitia proſit
ſibi ⁊ alteri noceat. exemplum in. d. l. cũ mulier: vxoꝛ repetit dotem vel
agit vt admittat ad cõſoꝛtium viri. maritus autem excipit de adulte⸗
rio ad lucrandum dotẽ. mulier replicat quod etiam ipſe fuit adultera⸗
tus: certe admittitur replicatio mulieris: vt ibi: et in. c. intelleximus.
de adulterijs. Aut excipiens tractat de damno vitando et non admit⸗
titur replicatio. Exemplum pone hic in. c. noſtro. et in. l. apud celſum.
§. marcellus. ff. de do. excep. Item ſm eum quando ſunt actoꝛ ⁊ reus in
pari cauſa. magis enim tunc fauendum eſt reo excipienti q̃ actoꝛi re⸗
8 plicanti. ar. in regula. in pari cauſa. de reg. iur. li. vi. ¶ † Et per hoc. d.
c Bar. poſt Iac. but. ꝙ ſi ſtatuto cauet ꝙ non valeat ipſo iure cõtractus
ſi non ſit ſoluta gabella: et nos ſimul contraximus nec ſoluimus gabel
lam: ꝙ ſi poſtmodum peto a te: qꝛ vẽdidiſti ⁊ tu excipis de inualiditate
contractus

contractus:qꝛ nō ſolui gabellā a ⁊ ego replico ꝙ
nec tu ſoluiſti hec replicatio mea non dꝫ admitti
eſt tñ alia rō efficacioꝛ:qꝛ ꝓpter tuū nō ſoluere ga
bellā nō validat̄ cōtractus.⁊ ſic hec replicatio nō
elidit exceptionem meā quia facere dꝫ replicatio:
vt.ſ.dicā. Hec dicit Bar.vera qñ replicatio opp.
poſt lit.ↄteſt.⁊ ad merita cauſe vt tunc excipiens
certans de lucro repellat̄ ꝑ replicationē paris cri
minis:quo caſu intelligit̄.d.c.cū eccleſiaſtice.ſ.eo.
qđ not.ꝓ intellectu illius.c.ſecus dicit qñ exce
ptio inhabilitans opponit̄ ad ꝑſonā. tunc eñ nō
elidit̄ ꝑ replicationē paris criminis.rō:qꝛ reus
eoipſo habilitat̄ ꝙ trahit̄ ad iudiciū.ideo poteſt
excipere ↄtra actorē:nec pōt repelli ꝑ replicatio
nem cū ſit reus neceſſarius vt hic.ita dicit Inno.
ſ.e.c.cū inter.⁊ vide ho.gl.in.c.a nobis.ſ.e.hec di
cit:ipſe vera niſi actoꝛ ſit domeſticus familiaris ip
ſius rei.quia tūc nō poterit ipſe reus:lꝫ neceſſari⁹
excipere ↄtra perſonā ipſius actoris cū ante ipm
tolerauit in familiaritate allegat.c.nulli.de accu.
¶ Sed aduerte qꝛ glo.ibi ⁊ Inno.⁊ glo.in.§.hoc
ij.q.vij.dicūt illud.c.ponere ſpāle in epo q tenetur
habere in ſua familiaritate bonos ⁊ graues ideo
nō poteſt ↄtra illos poſtea excipere.quinimo In
no.voluit reſtringere illum tex. ad cubicularios
dūtaxat:qꝛ precipit̄ epo vt eos habeat honeſtos ⁊
graues.ij.qđ.vij.cum paſtoris.ſecus in alijs cleri
cis quos interdū bonus prelatus tolerat propter
ſcandalū qđ eſt bene not.⁊ ex his habes theoricā
9 Bar.extenſam ⁊ declaratā. ¶ † Venio ad ſcđam
quā lꝫ ſenſerit hic do.Ant.tñ latius ⁊ clarius po
ſuit Io.an.ſ.eo.c.a nobis.nō aſtringens ſe ad re
plicationē criminis:ſed gñaliter loquēs dixit qđ
effectus replicatiōis eſt reſoluere vel expugnare
exceptionē. nam ſicut ſe hꝫ exceptio ad actionem
ita ſe hꝫ replicatio ad exceptionē.l.ij.ff.e.ti. opꝫ er
go ad hoc vt replicatio admittat̄ ⁊ operet̄ effectū
ſuum ꝙ ſit pertinēs ⁊ talis que vitiet exceptionē.
nam impertinēs repelleret̄. allegat ad hoc iſtum
tex.vel ꝙ ꝑſonā afficiat:vt hic.Et ſi diceres qñ dꝫ
reſoluere exceptionem:dico ꝙ non pōt dari certa
doctrina ſed ex natura exceptionis et replicatio
nis pōt perpēdi ↄſideratis maxime q̄ dicta ſunt.
10 ¶ † Ex his infert̄ ad aliquas q̄ſtiones:⁊ pmo po
ne:ſtatutū dicit ꝙ bānitus poſſit impune offendi:
accuſatur titius ꝙ peuſſit ſemproniū:excipit titi⁹
ꝙ ſempronius eſt bānitus ⁊ ſic poterat īpune of
fendi replicat ſempronius ꝙ ēt ipſe titius eſt bāni
tus nūquid debeat admitti replicatio. concludit
Bart.poſt Iac.de are.in.d.l.cū mulier. ꝙ non:qꝛ
cū titius ſit reus neceſſarius pōt ꝓponere omnē
exceptionē inhabilitantē accuſatorē:nec pōt ipſe
repelli.ad hoc optime facit iſte tex.⁊ gloſſ.in.d.c.a
11 nobis.⁊ qđ.ſ.dixi. ¶ † Scđo querit̄.qđ ſi ſtatuto
b cauetur vt bānitus b nō audiatur nec agendo nec
excipiēdo agit titius contra ſemproniū:excipit
ſempronius titium eſſe bānitū:⁊ ſic nō debere au
diri excipiēs ↄ agētem replicat titius ꝙ ipſe ſem
pronius eſt bānitus.⁊ ſic nō dꝫ audiri excipiēs qđ
ſiet nō eñ poterit audire vnū quin incidat in ſta
tutum. Iac.de are.tenuit excipientē non audien
dum obſtante ſtatuto.ſed Bar. poſt multa cōclu
dit nō ꝓcedere iudiciū qꝛ qua rōne non dꝫ audiri
reus excipiens:eadem rōne non dꝫ audiri actoꝛ
agens:ex quo vterqꝫ eſt bānitus:et rōne banni dꝫ
iudex vtrūqꝫ repellere et hoc mihi plꝫ nam actoꝛ
poteſt repelli iudicis officio. vt in.l.quos prohi
bet.ff.de poſtu.vñ licet reus nō audiat̄ non tamen
12 ſilet iudicis officium. ¶ † Et vide ad hoc qđ not.
Inno.in.c.intimauit.de teſti.vbi dicit iudicem ex
officio ſuo poſſe etiam nullo excipiente indignas
perſonas a teſtimonio repellere.d.l.quos prohi
bet. Idem dico in alijs actibus iudicialibus.vt.j.
eod.c.exceptionem.vide ho.tex.cum glo.not. in.c.
querendum.⁊ in.c.qui ſunt.ij.qđ.vij.⁊ poteſt iudex
ex officio repellere perſonas inhabiles etiā ſi ad
uerſarius propter ſuū delictū ſit priuatus faculta
te excipiendi.vt not.voluerunt glo.⁊ Innoc.in.c.
13 nulli.de accu.⁊ glo.in.c.alieni.ij.q.vij. ¶ † Reuo
cat tamen Bar.in dubium nūquid valet ſtatutū
tollens defenſionē:cū nec bānito nec excōmunica
to nec quātūcūqꝫ criminoſo ſit auferenda defenſio d
vt in.c.cū inter.ſ.eod.eſt enim de iure naturali. et
ideo nec ꝑ legem nec ꝑ principē tolli poteſt vt eſt
tex.in cle.paſtoralis.de re iudi.⁊ ꝑ hanc rationē
c dicit ipſe non valere ſtatutū.c exceptionē vero vo
luntariam pōt ſꝫm cum ſtatutū tollere: vtputa vt
non poſſit alium defendere.ſed tu dic latius poſt
Bal.ibi:ꝙ quedā eſt defenſio in qua nil agit quis
ſed ſolū negat.⁊ illa nō pōt tolli.vñ actore non ꝓ
bante reus negans debet abſolui.de iureiur.c.ſi.⁊
l.qui accuſare.C.de eden.Quedam eſt defenſio in
qua reus aliquid vult cōſequi.⁊ tūc ſi illa eſt de iu
re naturali non pōt ꝑ ſtatutū tolli vtputa ſi reus
d ꝓponit ꝙ homicidiū d cōmiſit ad defenſionē ſuā
vel quid ſimile.l.vt vim.ff.de iuſti.⁊ iur.⁊.c.dilecto
de ſen.excō.li.vj.⁊ iſte eſt proprius caſus.d.cle. pa
ſtoralis.aut eſt de iure ciuili vt exceptio ꝑſcriptio
nis rei iudi.vel ſimilis.⁊ ille pōt per ſtatutū tolli
ar.ho.in.c.quo iure.viij.di.facit aut.que ſupplica
tio.C.de preci.impe.offe.ciuilis enim ratio pōt ea
que iuris ciuilis ſunt tollere.naturalia vero iura
corrumpere nō poteſt.inſti.de iure na.gen.§.ſꝫ na
turalia.⁊.v.diſt.in prin.facit quod no.glo.in.l.quo
ties.C.de preci.imper.offe.⁊ per hoc habes intel
lectum ad cle.paſtoralis preallег.vt nō intelliga e
14 tur in qualibet defenſione. ¶ † Vide ſimile ap
pellatio eſt defenſio:vt in.c.ſuggeſtum.de appel.⁊
in.c.cum inter.ſ.eod.⁊ tñ pōt tolli ꝑ principem vt
in.c.ſuper queſtionum.de offi.deleg.⁊.l.i.ff.qui ⁊ a
15 qui.app.non lꝫ. ¶ † Poſſet etiam circa predicta
dubitari nunquid valeat ſtatutum vt poſſit ban
nitus impune offendi. et dic ꝙ ſic de quo plene ꝑ
Bart.in.l.omnes populi.ff.de iuſti.⁊ iur.⁊ per Io.
an.in addi.ſpecu.in titu.de conſti.princ.ſunt enim
hoſtes ciuitatis.⁊ perdūt oīa iura ciuitatis. vt in
l.amiſſione.ff.de capi.dimi.⁊.l.minime.ff.de reli.⁊
16 ſump.fu.⁊ vtrobiqꝫ plene per Barto. ¶ † Tertio
principaliter quero.pone ꝙ teſtis cui obijcit̄ cri
men cum infamia replicat cōtra opponentem qđ
etiam ipſe criminoſus eſt:nūquid debeat admitti
replicatio.glo.in.l.iij.ff.de teſti.videtur ſentire ꝙ
ſic:contrarium tenet Bart. in.d.l.cū mulier. nam
excipiens tractat de damno vitando:ergo nō de
bet repelli replicatione criminis vt dixi. Itē hec
replicatio non elidit ſeu reſoluit exceptionem qꝛ
teſtis producitur vt fiat fides iudici.ſed iudex nō
debet inclinari ad magis credēdum: qꝛ excipiēs
eſt infamis.⁊ ſic ꝑ vtramqꝫ theoricam.ſ.traditam
replicatio eſt repellenda.⁊ idem tenet glo. in.c.te
ſtimonium.ſ.de teſti.vide quod not. Inn. in.c.in
17 tellegimus. ¶ † Finaliter circa hanc materiam
pone hanc breuem diſtinctionem:quod aut agit̄
criminaliter aut ciuiliter. Primo caſu non obſtat
replicatio alteri⁹ vel exceptio alteri⁹ criminis: qꝛ
non relatione criminis:ſed innocentia reus pur
gatur:vt.l.neganda.C.qui accu.non poſ.canoniza
ta.iij. queſtione.xi. neganda. tamen de hoc arti
culo dicendum eſt vt plene leg. et nota. per Bar
to.in.l.is qui reus.ff.de publi.iudi. admittitur ta
men obiectio annexi criminis vt accuſatoꝛ nō re
pellatur ſed vterqꝫ probato delicto puniatur. vt
ſi maritus accuſat vxorem de adulterio crimina
liter ⁊ vxoꝛ excipit de lenocinio admittitur enim
et habet effectum cuiuſdam accuſationis . iſte eſt
caſus not.in.l.ij.§.ſi publico.ff.de adulte.et dicen
dum plenius vt ibi not. per archi.in.d.c.negāda.
¶ Secundo caſu ſubdiſtingue cum agitur ciui
liter.ꝙ aut replicatio aut exceptio cōcernunt di
uerſa facta aut idē primo caſu ſi habēt diuerſos
effectus nō tollitur exceptio ꝑ replicationē: ſꝫ qli
bet agit de facto ſuo: exemplum . ſi tu dediſti mi
hi damnum in vna re et ego dedi tibi in alia.vel ſi
tu dixiſti mihi iniuriā ⁊ ego tibi ⁊c.ad hoc.l. quē
admodū.§.ſi nauis.ff.ad.l.aquil.⁊ no.ſpe.in tit.de
accu.ver.quid ſi vocani te.⁊ Innoc. in.d.c.intelle
e gimus.recitat tñ ibi ſpe.vnū dictum notabile e et
ſemp mēti tenendū.dicit eñ quoſdam dicere ꝙ ſi
dicto vel facto feciſti mihi iniuriā ⁊ ego dicto vel
facto tuo ꝓuocatus intuli tibi ꝙ ex hoc non ſum

a ¶ Si tu excipis a
ↄ me ꝙ ago non
ſolui gabellā ne
ↄctū replicatio
mea qđ ēt tu non
ſolueris gabellā
nō iuuat me ⁊ vi
de ꝺ hac.q.per.d.
anto.hic.⁊ Bar.
in.l.fin.§.pe.ff.de
eo per quem.
Sebaſti. Sapia.

b ¶ Ac bānit⁹.vide
ſing.de are.ſ ꝑn.
iſti.de excep. col.
xxv.alex.in cōſil.
xxx.col.ij. in.iiij.
vo.⁊ ſ ſili Pe. de
anc.ſ.c.canonum
ſtatuta. col.lxv.⁊
lxviij.ſ.de cōſtit.
nellū in trac.bā
nitoꝝ.in.ij. q̄ōne
ſecūdi tēporis.

c ¶ Atꝫ valeat ſta
tutū qđ bānitus
nō audiatur nec
agendo nec exci
piēdo vł defendē
do.et vide qđ de
ꝺ late ſcripſi i do.
bar.ꝺ hellē.i cle.
paſtoral.de re iu.
Anto.Franciſ.

¶ Qñ bānit⁹ nō
dꝫ audiri ex for
ma ſtatuti nō vꝫ
ſnia lata ꝑ eo.vi
de ꝑ alex. plene i
cōſi.lxxxi.i.ij. pte
ↄſi.⁊ adde ꝙ bā
nit⁹ ꝓhibit⁹ age
re ꝑ ꝓcu.vł ceſſio
nariū ita Bal.in
l.ſi cūdotē.§.ſi pa
tri.ſ.iij. no.ff. ſol.
mat.⁊ not.i.l.iiij.
§.ſi cōem ff.finiū
reg.⁊ ꝑ bal. ſ.c.i.l
j.col.ſ ti.hic ſimł
lex cōra.⁊ ꝑ Io.
an.l.c.veniēs.de
accu.⁊ ꝑ Pau. ꝺ
caſt.l.l. papinia
nus exuli.ff.ꝺ mi
no.adde tñ ꝙ bā
nitus ꝓhibitus
agere pōt tñ cāꝫ
ceptā añ bānum
finire ⁊ ꝓſeq. ad
qđ vide Bar. i.l.
deferre.in ꝓnc.ff.
de iu.fiſ.⁊ Bar.⁊
Ang.i rub.C. de
dela.li.x.⁊ Bar.i
l.mutina.in ꝓnc.
vlt.col.ff.de fide
iuſ.⁊ hř ꝑ Bal.in
l.legca.la.i.C.ꝺle
gi.⁊ vide Bal.in
l.nec intentio. in
ſ.de tranſac.⁊ in
l.ꝑemptorias. C.
ſen.reſciu.nō po.
in.viij.col.vbi di
cit ꝙ bānitus ꝓ
hibit⁹ audiri pōt
opponere exce
ptionē intentio
nis ⁊ facti.

Sebaſti. Sapia.
d ¶ Homicidiū.
Ex talē defenſio
ne ſtatutū poſſit
tollere ſēťit bar.
ſ.l.vt vim.ff.ꝺ iu
ſti.et iur.vbi vult
ꝙ ſtante ſtatuto
ꝙ bannit⁹ poſſit
impune offendi
ſi qs bānitū ag
grediat̄ nō pt bā
nit⁹ licite ſeipm
defendere.qđ di
ctum tꝫ nellus in
tract.bānitoꝝ in
ſcđa pte ſcđe ptis
queſt.xlix.⁊ pau.
de ca.i.l. ſi ſeru⁹.
C.de his q ad ec
cle.cōfu.⁊ hoc di
ctum Bart.dicit
eſſe ſtupendū Fe
li.hic.

Sebaſti. Sapia.
e ¶ Vocabile.Vi
de Bart.in.l.que
oia.§.i.ff.de pro
cura. vbi dicit ꝑ
illum tex.ꝙ ſi qs
mihi dicat cōui
tiū vel aliqđ cri
mē obijciat poſ
ſum ei ipune di
cere tu mentiris
refert ⁊ ſequitur
d. Iaſ.l.l.vt vim.
col.ſi.ff. de iuſti.⁊
iure.

Anto. Franc.

a ¶ An et quando abſolutio poſſit concedi ad cautelam. et quando fiat et an poſſit fieri per iudicem appellationis. vide plene per ſpe. in ti. de ſen. in §. vt autem. I ver. porro. el. iiij. vſque ad ver. poſtremo. et in ver. quid ſi ſcribat. vbi ple. examinat iſtam materiam abſolutionis ab excommunicatione ad cautelam et ibi etiam ponit an abſolutio iniuſta teneat ſiue quis ſit ligatus vnica ſiue pluribus excommunicationibus. et vide etiam I tit. de proba. in §. iiij. I ver. ſed nunquid. et vide Inn. I. c. ſolet. circa prin. de ſen. excom.

b ¶ Iudex abſoluere. pondera hic quia in queſtionem dicebat ſe probare per teſtes nullitatem quod non loquitur de nullitate que reſultat ex varietate facti. Andre. Barba.

Sebaſti. Sapia.

b ¶ Abſoluere. alios caſus ponit Io. de ana. in c. j. col. vi. I. de maledi. Alb. de roſ. l. l. a procedente. C. de dilatio. gl. et alij I c. ſignificaſti. I. de eo qui duxit in matri. Abb. et Imo. I. c. ab excommunicato. S. de reſcrip.

c ¶ Debemus intelligere. pondera quia ſequitur quod iſta abſolutio ad cautelam ſi ſit fauore eccleſie ſequitur indultum operatur ad fauorem ſuſpenſi cum illam non petierit pondera quia oppoſuit de nullitate. pondera etiam qui non apparet de quo nullitate. vide c. ſolet. de ſen. ex. I vi. et ibi ſcribentes Andre. Barba.

d ¶ De hoc vide p. d. Abb. et p Imo. I cle. quia. ſup gl. in verſ. beneficiorum. de vi. et ho. cle. et decide hic ex his que no. tradidit do. I c. preſbyter. in. xxi. col. xxviij. diſt.

tibi condemnandus. argu. in l. j. §. cum ariete. ff. ad l. aquil. et quod calore iracundie fit: calumnia caret. ij. q. iij. §. notandum. quod ego non credo ex toto verum.
18 ¶ † Quia calor iracundie non excuſat ab iniuria vt. l. ſi non conuitij. et ibi plene per Cy. C. de iniu. facit l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. aql. credo tamen quod mitius ſum puniendus: quia iuſto calore motus intuli ſibi iniuriam: vt eſt tex. no. in l. ſi adulterium.
19 §. imperatores. ff. de adul. ¶ † Predicta procedunt regulariter quando tamen in odium certi delicti admittitur exceptio vel replicatio in diuerſis factis ſeparatis vt in c. quia fruſtra. de vſu. vbi non auditur volens repetere vſuras niſi ipſas vſuras per eum extortas reſtituat. Regulariter enim contra ſecundum Inno. in d. c. intelleximus. firmans pro regula quod licet quis committat contra vnam legem: tamen per hoc non priuatur beneficio aliarum legum vel eiuſdem in diuerſis factis. vnde ſtultum eſſet dicere ſecundum eum quod ſi filiusfa. mutuauit filiofa. et ſic commiſit contra macedonianum quod iuuetur macedoniano ſi alter ſibi mutuauit: dicit tamen notanter quod ſi quis commiſit in eam legem per quam datur ſibi exceptio quod remouebitur ab exceptione. et ſic dicit ſecundum vnum intellectum poſſe intelligi c. cum eccleſiaſtice. S. e. quod no. Si vero replicatio et exceptio concernunt diuerſa habentia eundem effectum ſeu concernunt vnum et idem factum: exemplum in diuerſis adulterijs viri et mulieris concernentibus idem matrimonium et tunc diſtingue vt S. dixi et declaraui in theorica palleg. et hec habes notabis tu canoniſta: quia non habes alibi hanc materiam ita bene et clare enucleatam. ¶ Vltimo ſcias quod Inno. tractauit hic materiam cum committitur vt citentur omnes qui ſe opponunt alicui facto et quia parum eſt vtilis ideo conſulto omiſi.

1 ☞ Iudex non debet ad vtilitatem priuatam ſuum officium non petitum interponere.
Abſolutio ab excommunicatione non eſt non petenti impendenda niſi vbi immineret vtilitas publica.
2 Suſpenſi poſſunt eligere et agere: nec ſunt priuati communione hominum: quando eſt ſuſpenſio minor ſecus ſi maior. 3. 4. 5. 8.
6 Suſpenſus an poſſit agere nomine proprio pro iuribus ſui beneficij. 4. 5.
7 Suſpenſi a beneficio non debent habere redditus beneficij modicam tamen ſuſtentationem habere debent ſi non habent vnde viuant. 5.
9 Suſpenſus ab officio poteſt aliquo caſu cenſeri etiam ſuſpenſus a beneficio. de quo vide remiſſiue.
10 Abſolutio ad cautelam petitur ab illo qui reputatur excommunicatus et non eſt.
Excommunicatus quando petit abſolutionem debet dare cautionem ſaltem iuratoriam de parendo mandatis eccleſie: et de ſatiſfaciendo.
11 Abſolutio ad cautelam per quem iudicem poteſt fieri.
12 Abſolutio in dubio cenſetur petita ab excommunicato non ad cautelam ſed pure et vere. niſi aliud exprimatur.
Petens abſolutionem an preſupponat vinculum.

Apoſtolice. ¶ Si per exceptionem ſuſpenſionis contra quam replicatur de nullitate ordinatio eccleſie retardatur ſit abſolutio ad cautelam. h. d. Poteſt diuidi in quatuor partes. nam prima ponit exceptionem. ſecunda ibi: quas. replicationem. tertia ibi: ne tamen. relaxationis cauſam. quarta relaxationem. ibi: ſententias. ¶ Caſus literalis. Duo canonici pragenſes. I. et M. acceſſerunt ad ſedem apo. propter ordinationem pragen. eccleſie. quidam volentes impedire propoſitum illorum obijciebant eis quandam ſententiam ſuſpenſionis et remotionis a beneficijs in modum exceptionis: et ipſi reſpondebant ſententias illas nullas eſſe: et hoc probare volebant per teſtes et inſtrumenta. dominus papa ne propter hoc impediretur ordinatio pragen. eccleſie propter quam venerant ſententias illas relaxauit ad cautelam. h. ¶ Not. i. vnam cauſam legitimam propter quam poteſt fieri ante omnia
a abſolutio ad cautelam cum. ſ. allegatur nullitas[a] ſententie cenſure et ex dilatione iudicij retardatur prouiſio ſeu alia vtilitas eccleſie et credo quod hoc vltimum ponderatur ad hoc vt ex officio ſuo iudex tales ſenten-
1 tias relaxaret. ¶ † Nam ad commodum principaliter priuatum non debet iudex ſuum officium non petitum interponere: vt. l. ad peremptorias. ff. de iudi. et l. iiij. §. hoc autem iudicium et quod ibi plene no. ff. de dam. infec. notat Inno. in c. ad noſtram. ij. S. de iureiur. et ſic poteſt intelligi tex. cum glo. not. c. ſignificaſti. de eo qui dux. in ma. vbi concluditur quod abſolutio ab excommunicatione non eſt petenti impendenda. ceſſante ergo vtilitate eccleſie non debet iudex ex ſuo officio ſuam ſententiam relaxare etiam ad cautelam ſed debet procedere ſup veritate cauſe et ſi conſtiterit de nullitate ſententie pronuntiare eam nullam alias abſoluere non ad cautelam ſed ſecundum quod ius exigit ad hoc quod in ſimili no. gl. de delegato in c. ſolet. de ſen. excom. lib. vi. ſed ſi pars petit abſolui ad cautelam allegando nullitatem et preſtando cautionem de ſtando iuri debet iudex abſoluere etiam ſi non impediatur ex dilatione prouiſio eccleſie per. d. c. ſolet. et quod ibi no. Io. an. ſeruato tamen eo quod habetur in. d. c. ſolet. et ſic vltra alios intelligo iſtum text. Ex quo infero vnum notabile quod vbi imminet vtilitas eccle-
b ſiaſtica ſeu impeditur ordinatio eccleſie poteſt iudex abſoluere[b] quem ab excommunicatione licet non petat. ad hoc bene facit. c. veniens. ij. in fi. de teſti. et quod ibi no. dixi et ſic limita not. in. d. c. ſignificaſti. et hoc not. ¶ No. ij. quod abſolutio ad cautelam impenditur non ſolum in ſententia excommunicationis. ſed etiam in ſententia ſuſpenſionis vt hic quod not. eſt enim eadem ratio in iſta ſicut in illa vt patebit ex. j. dicendis. Et ſcias quod quemadmodum in abſolutione excommunicationis ad cautelam preſtatur cautio in. d. c. ſolet. ita et in iſta. vt eſt
c tex. no. in c. venerabili. j. de ſen. excom. et ſic debemus intelligere[c] iſtum text. quod iſti canonici preſtiterunt cautionem ſaltem iuratoriam de parendo mandatis iudicis ſi conſtiterit eos fuiſſe culpabiles in eo pro quo late fue-
2 runt dicte ſententie. ¶ † Oppo. videtur enim quod pretextu ſuſpenſionis non poterant iſti canonici repelli ab agendo: quia ſuſpenſus ab officio ac etiam beneficio non eſt priuatus communione hominum p. c. a nobis. S. eo. Item ſuſpenſi poſſunt eligere vt in c. ſi. de cleri. excom. mi. ſol. glo. i. intrat hanc materiam et vt clarius intelligas glo. et hanc materiam primo ſcias habe-
3 re iſtum text. duos intellectus principales. ¶ † Primus quod iſti canonici venerunt ad curiam vt in preſentia pape eligerent forte propter ſcandalum ſedandum in partibus et excipiebatur nunc contra eos de ſuſpenſione vt repellerentur ab eligendo: et tunc litera eſſet clara. quia ſuſpenſus ab officio non poteſt eligere: vt in c. cum dilectus. de conſue. et in c. cum inter. R. de ele. et ad. c. ſi. de cle. excom. mi. reſpondetur ſecundum glo. quod loquitur de ſuſpenſione minori quam quis incurrit ex participatione cum excommunicato illa enim ſolum priuat a participatione ſacramentorum et electione paſſiua non actiua: vt hic. ibi loquitur de ſupenſione facta a iudice vel a canone inferente ſuſpenſionem in penam delicti vel contumacie et hec priuat electione etiam actiua: vt in iuribus pre-
4 alleg. ¶ † Secundus intellectus eſt quod iſti repellebantur a limine iudiciorum dum agerent ſup iure eligendi: vel dum proſequerentur electionem iam factam in partibus et hunc intellectum alternatiue ſentit Hoſt. et vtrunque intellectum ſentit Petrus et tunc viget contrarium primo formatum ad quod reſpondet primo notabiliter hec glo. quod agentem negotia propria vel eccleſie cum mandato et ſic nomine eccleſie non repellit exceptio ſuſpenſionis vt in contrario. ſed promouentem negotia eccleſie nomine proprio ſic. quia cum ſit ſuſpenſus ab officio et beneficio non poteſt agere pro iuribus beneficij maxime ſpiritualibus cum ab illo ſit remotus ſeu ſuſpenſus cum eo tempore ſua non intereſt preſertim cum agit de iure eligendi quod ſuſpenſi exercere non poſſunt merito iſti canonici pretextu ſuſpenſionis non poterant taliter repelli a
5 limine iudiciorum. ¶ † Ex hac glo. habes colligere vnum valde nota-
d bile dictum quod ſuſpenſus ab officio[d] et beneficio non poteſt agere pro iuribus beneficij temporalibus vel ſpiritualibus nomine proprio tanquam beneficiatus: iſti enim canonici dicebantur eſſe ſuſpenſi ab officio et beneficio vnde verbum ſuſpenſionis poſitum in tex. refertur ad officium ſecundum docto. vt differat a verbo amotionis: quod ſequitur. Et aduerte quia Io. an. et alij vſque ad tempus ſuum ſimpliciter tranſeunt cum hac glo. do. Ant. diſtinguens has ſuſpenſiones dicit quod ſuſpenſus a beneficio non poteſt agere nomine proprio et iure ſuo: quia priuatus eſt adminiſtratione et ſic ſua non intereſt. adducit no. in c. cum vintonienſis. de electio. ſed certe male adducit. nam ibi glo. no. quam doct. hic non reprobant dicit quod ſuſpenſi a beneficio non impediuntur eligere. quia talis ſuſpenſio non repellit eos ab electione nec etiam a diuinis officijs vnde concludit quod ſuſpenſi omnia negotia tam ſpiritualia quam temporalia poſſunt exercere adeo quod tali tempore tales tenentur officiare eccleſiam quia in pena eorum talis ſuſpenſio introducta eſt: ideo non debet in eorum releuationem aliquid operari. dicit tamen quod ſuſpenſi modicam ſuſtentationem debent tunc habere ne ex toto egeant et ſic concludit totum oppoſitum. Redeo ad verba do. Anto. aut eſt quis ſuſpenſus ab officio tantum: et tunc putat quod cum non ſit remotus ab adminiſtratione beneficij poterit agere cauſas temporales et ſpirituales in iudicio: quia iſti non annectuntur ordini. fallit in cauſa electionis quam egere non poterit: tum quia ipſam facere non poteſt: cum quia annectitur ordi-
6 ni: et quia ſua non intereſt. ¶ † Ego in hoc paſſu concluderem quod ſuſpenſio operatur ad limites ſuſpenſionis. Aut enim quis ſuſpenditur ab officio et beneficio: et tunc perpetuo tene menti dictum huius gl. quam puto veriſſimam: et ſic ſuſpenſus non poſſit agere nomine proprio tanquam beneficiatus pro iuribus ipſius beneficij. nam tamen debet facere ſuſpenſio temporalis quo ad tempus quantum perpetua in perpetuum. ar. in l. que de tota. ff. de rei ven. et in c. at ſi clerici. de
7 iudi. ¶ † Ex hac glo. etiam infertur quod ſuſpenſus a beneficio non debet habere redditus beneficij cum pro eo agere non poſſit. quod minus eſt. ad hoc bene facit. c. preter. xxxij. diſt. modicam tamen ſuſtentationem habere poterit ſi non habet

non habet vnde viuat. vt dicit gl.no.in.d.c.cũ vintonieñ.et
glo.in cle.vt hi qui.de eta.ꝛ quali.in ver.dimidia.facit quod
no.glo.in.c.paſtoralis.in fi.de appel.ꝛ hoc puto verius quic
quid dicit Egi. in.c.ꝑuenit.de fideiuſ.vbi ꝑ illũ tex.ꝛ eodem
obſeruãtiã dicit ꝙ ſuſpẽſio refert ad quotidianas diſtribu-
tiones ꝛ nõ ad corpus ꝑbende.ad illũ tex.dic vt ibi not.in.v.
ſolutiõe ꝙ illa ſuſpenſio fit poſtmodũ ſine ꝑiudicio credito-
ris cui redditus erant adiudicati.vel dic ꝙ nõ intelligit de
redditibus beneficij ſꝫ de ꝓprijs patrimonialibus: ꝛ de hoc
eſt ho.tex.iuncta glo.in.c.de multa.de ꝑbẽ.qd latius declaro
8 in.d.c.ꝑuenit.℄ †Aut eſt qs ſuſpenſus a beneficio tñ:ꝛ tũc
tenet gl.valde ſin.in.d.c.cũ vintonienſis.ꝛ eam declarãdo et
a limitãdo dico ſic ꝙ ſuſpenſus a bñficio põt eligere[a] hoc ꝓba
tur in.c.cũ in cunctis.§.ſi.iuncto.c.cũ vintonieñ.de elec.vi-
de glo.in.c.cupiẽtes.§.ceterũ.in ver.a beneficijs. de elect.lib.
vi.ꝛ hoc qꝛ ius eligẽdi annectit ordini ſeu officio a quo nõ re
peritur ſuſpenſus.hoc no.doc.in.c.cũ dilectus.de ꝯſue.eligi
aũt nõ poteſt in illa eccleſia vbi eſt.ſuſpenſus.de hoc videtur
caſus ſing.in.c.ꝑ inquiſitionẽ.de elec.ꝛ no.gl.ſalle.in.d.c.cu-
pientes.oĩa alia vero que ſpectant ad officiũ poterit exerce-
re ſiue ſint ſpiritualia ſiue temporalia.ꝛ ſic reſtringerẽ gl.in
d.c.cupientes.in eo quod dicit ꝙ ſuſpẽſus a beneficio poteſt
exercere omnia negotia ſpiritualia ꝛ temporalia.nã ſi intel-
ligeretur de negotijs ꝑtinentibus ad bñficiũ a quo eſt ſuſpẽ
ſus eſſet de directo cõtra hanc glo.Itẽ quomodo poſſet age
re ꝑ beneficio ſi ab illo ſuſpenſus eſſet.ꝛ in hoc reſtringo illã
glo.vt ꝯcordet cũ illa.ꝛ facit ratio.c.paſtoralis.in fi.ſ.de ap-
pel.ꝛ ſentit hic not.Inno.dicens ꝙ ex quo iſti erant amoti a
beneficijs ſuis lꝫ temporaliter:tñ infra tꝑs amotiõis ſue cõi
bus negotijs eccleſie intereſſe nõ poterãt.qd dicit no.dignũ.
Aut eſt qs ſuſpenſus ab officio tñ:ꝛ tunc nec eligere poteſt
nec eligi:vt in.d.c.cũ dilectus.vt plene de h no.nec alia exer-
cere q̃ ſunt deputata ordini:vt in.c.i.de ſen.ꝛ re iudi.li.vi.ſpe
ctantia vero ad beneficiũ exercere poteſt:vt in.c.ꝑſbyterus.
9 xxviij.diſt.facit.c.ſtudeat.l.diſtin. ℄ †Hec limita niſi ſit pro
tali cauſa ſuſpenſus ab officio ꝙ ꝑ ꝯſequẽtiã etiã cenſeatur
ſuſpenſus a beneficio.qd qñ cõtingat vide ꝑ glo.ſi.in cle.cu-
pientes.§.qui vero.in glo.no.c.nouã.de pe.Et vide ad mate
riam qd no.in.c.ſicut.de coha.cle.ꝛ mu.ꝛ in.c.cũ bone.de eta.
ꝛ quali.ꝛ hec notabis:qꝛ non habes alibi hunc articulũ ita
10 late deciſum.℄ †Extra glo.ſcias ꝙ Inn.tractauit hic ma-
teriã huius abſolutionis ad cautelã q̃ poſſet hic omitti cum
eam longe diffuſius tractauerit Io.an.poſt alios in.d.c.ſo-
let.vbi videas.Sed ad intellectũ terminoꝝ dicã hic aliquid
breuiter.ꝛ primo quero quare iſta abſolutio dĩ ad cautelam
Sol.dic ꝙ dĩ ad cautelã.i.ad maiorẽ ſecuritatẽ: ꝛ ad hoc vt
reus ſit potius in tuto q̃ in ꝑiculo.vñ alibi dicit lex ꝙ abun-
dans cautela nõ nocet:vt in.l.teſtiũ.C.de teſta.nam ꝑtendẽs
excõicationẽ nullã quo caſu dũtaxat hꝫ locũ hec ſolutio: vt
not.in.d.c.ſolet.ꝛ.c.venerabilibus.de ſen.excõ.lib.vi.ꝛ hic ſi
innititur veritati nulla indiget abſolutione: vt in.c.ꝑ tuas.
de ſen.excom.ꝛ.c.cũ cõtingat.de offi.deleg.ſed qꝛ ſup nullita
te litigando poſſet interim ſibi imminere aliqd ꝑiudiciũ vt
ſi ꝑtextu nullitatis immiſceret ſe diuinis:ꝛ poſtmodũ repe-
riret aliqua vel notaret apud vulgares qd eſt excõicatus et
nõ ſe abſtineret a diuinis ꝛ cõmunione hominũ vel qd ſimi-
le:ideo vt hec ꝑicula euitent ꝛ reus ſit in tuto inuenerũt iura
vt peti poſſit ſeu fieri hec abſolutio ad cautelã.ſ.de preſenti
abſoluatur inquãtũ opus ſit ꝑſtita cautione de parẽdo man
datis eccleſie.ꝛ poſtmodum litiget ſup veritate rei.ꝛ ſi fuerit
repertus culpabilis cõpellat ſatiſfacere:vt i.d.c.venerabili-
bus.alr̃ in totũ abſoluat.vñ ſm Inno.ſit ad cautelã iſtius q
petit vt tute ꝛ cum bona conſcientia et ſine aliquo ſcrupulo
poſſit ſe immiſcere diuinis. Itẽ ad cautelã opinionis ſue:vt
ſ.dixi. Itẽ ad cautelã alioꝝ q̃ nolunt ſibi cõicare ꝛ ad caute-
lam eoꝝ q̃ iſte facturus eſt ꝛ ne ꝑtextu excõicationis infrin-
gant ꝛ ſimiliũ q̃ ſtudioſus ex ſe poterit cogitare. ℄ Secũdo
querit qñ hꝫ locum hec abſolutio ad cautelã.Sol.quidaꝫ te-
nuerũt ꝙ in duobus caſibus tantũ.Primus qñ qs preten-
dit excõicationẽ latã poſt appellationẽ tantũ.Secũdus cuꝫ
dicit errorẽ fuiſſe expreſſum in ipſa excõicatione ꝛ ſic cũ pre-
tendit nullitas altero ꝑdictoꝝ caſuum vt no. ꝑ Inn. in.d.c.
ſolet.de ſen.excõ.lib.vi.ꝛ facit tex.in.d.c.venerabilibus. ſed
hic Inn. firmiter tꝫ ꝙ qñ ex quacũqꝫ cauſa allegat nullitas
ſemp habet locũ iſta abſolutio ad cautelã.ꝛ hec opi.eſt cõmu
nior ꝛ verior ꝛ cõiter tenet:vt etiã no.in.d.c.ſolet. nã eadẽ eſt
rõ vbicũqꝫ ꝑtendit nullitas q̃ verſat in dictis duobus caſi-
bus.vñ dicit ꝙ cã exẽpli tex.in.d.c.venerabilibus.fecit men
tionẽ de illis duobus caſibus ꝛ ea q̃ dicunt cauſa exempli re
11 gulã non reſtringũt.℄ †Ultimo querit qs iudex poſſit ad
cautelã abſoluere.Sol.dicit Inno.ꝙ quilibet de ſentẽtijs ꝑ
ſe vel autoritate ſua latis:nõ tñ poſſet ſnĩas alioꝝ relaxare
niſi in caſibus ſuis remittẽs de hoc ad not.in.c.ad reprimen
dam.ꝛ.c.paſtoralis.de offi.ordi. ℄ Quid aũt de iudice dele-
gato in ſnĩa a ſe non lata.vide glo.not.ꝛ qd ſup ea no.in.d.c.
12 ſolet.℄ †Unũ tñ in hac materia ſemp notabis ꝙ vbicunqꝫ
ſit mentio de abſolutiõe non adiecto ad cautelã intelligitur
de vera ꝛ pura abſolutiõe q̃ ꝑſupponit vinculũ.ad hoc vide
gl.no.in.c.capitulũ ſancte crucis.de reſcri.in ſi.vbi dĩ ꝙ nũ-
q̃ abſolutio intelligit fieri ad cautelã niſi exprimat. An pe-
titio abſolutionis pure facta ꝑſupponat veruꝫ vinculũ.ple- a
ne dic vt in.c.venerabilẽ.de elec.hic nõ ſunt alia.

1 ℄ Exceptio excõicatiõis nõ nocet quin excõicatus poſſit
ꝓſequi appellationem.
2 Excõmunicatio lata in collegium vel vniuerſitatem:an effi- a
ciat omnes.
3 Reſcriptũ qñ impetrat dꝫ impetrans facere mentionẽ ple-
ne de proceſſu ꝛ ſerie negotij:alr̃ eſſet ſurreptitiũ : niſi talis
proceſſus ſit factus poſt appellationẽ quo caſu de eo non eſt
ſienda mentio per cauſas hic poſitas.
Reſcriptum nõ debet facere mẽtionem de alio reſcripto qd
eſt nullum.
4 Appellatione pendente nil eſt innouandum : quomodo iſta
regula intelligatur tam in perſona iudicis a quo q̃ in per-
ſona partis.

1 Dilecte in chriſto. ℄ †Per ex-
cõicationis b
exceptionẽ a ꝓſecutione appellationis qs repel-
li non dꝫ.ſic cõiter ſummat:ſed hec ſummatio nõ
cõtinet aliquã dubitationẽ ꝑ.c.cũ inter.ſ.eo.ꝛ.ſ.eo. c.ſi. ideo
ſummo ſic.Excõicatiõis exceptione nõ obſtante valet reſcri
ptum impetratũ in cauſa appellationis lꝫ de excõicatiõe la
ta poſt appellationẽ de grauamine non faciat mentionem.ꝛ
ſꝫ hoc caſus eſt notabilis ꝛ forte ſingularis ꝑ quẽ poſſet col
ligi vna regula ꝙ de innouato poſt appellationẽ etiã ab in-
terlocutoria nõ eſt neceſſe in reſcripto facere mentionem.de
quo.ſ.dicaꝫ. Diuidit hec decreta.nã in prima ponit appel-
lantis narratio.in ſcd̃a appellatiõis cõmiſſio. ſcd̃a ibi: quo
circa.℄ Caſus literalis. Inter priorẽ ꝛ ꝯuentũ de hucelleta
ex pte vna ꝛ prioriſſam ꝛ ꝯuentũ de campeſſia ex altera ſup
quibuſdam in decimis q̃ſtio vertebat.ad petitionẽ prioris
ꝛ cõuentus predictorum cõmiſſa fuit cauſa illa abbati ſcti
benedicti ꝛ eius coniudicibus. ſed moniales ex grauamine
ſufficienti ab eis ad ſedẽ apoſt.appellarunt:ꝛ nuntiũ ſuũ ad
appellationẽ proſequendam tranſmiſerũt. Iudices app.nõ
obſtãte tulerũt excõmunicationis ſentẽtiam in eaſdeꝫ. Pa-
pa appellationis cauſam cõmiſit priori de angles ꝛ ꝯiudici-
bus ſuis corã quibus pars aduerſa ꝓpoſuit ꝙ cũ eſſent excõ
municate ꝛ in literis appellationis nõ fieret mencio de ſen-
tẽtia excõmunicationis lata contra ipſas:litere nõ valebãt
ꝛ qꝛ iudices hanc exceptionem nõ admittebãt. dictus prior
ad ſedẽ apoſt.appellauit ꝛ cãm fecit cõmitti priori de gerne
moe ꝛ cõiudicibus ſuis corã quibus ex parte monialiũ fuit
excipiendo ꝓpoſitũ ꝙ ſnĩa excõicatiõis in eas lata fuit poſt
appellationẽ legitimaꝫ ꝛ cuilibet etiã excõicato defenſionis
auxiliũ in iudicio reſeruatur:quare iudices monialiũ exce-
ptionem ptis aduerſe admittere nõ debebant ſicut ipſi eam
non admiſerunt et ideo appellatio propter hoc interpoſita
nõ valuit.Sed quia prior de gernemoe ꝛ eius cõiudices ex-
ceptionẽ hmõi admittere denegabant:ipſe moniales ad ſe.
apoſt.appellarũt:vñ mandat papa decano linconienſi ꝙte-
nus ſi eſt ita quicquid fuerit factũ poſt appellationẽ ipſarum
in irritũ reuocetur.et in cauſa ꝓcedat iuxta mandatũ dire-
2 ctum ad priorẽ de gernemoe ꝛ ꝯiudices ſuos.Her. ℄ †No.
ibi in eaſdẽ:ꝙ in ea monaſterij põt ex cã ferri excõmunicatio
b in ſingulos[b] de collegio.hic enim ipſe moniales fuerũt excõ
municate.forte eñ iudex proceſſit propter eaꝝ ꝯtumaciã ad
hoc.c.romana.§.in vniuerſitatẽ.de ſen.excõ.lib.vi.Et ꝑ hoc
tollitur ꝙ quidã colligebant hic dicẽtes ꝙ tenet excommu-
nicatio lata in vniuerſitatẽ.de quo tñ dicenduꝫ: vt in.d.§.in c
c vniuerſitatẽ.℄ No.ſ.ꝙ excõicatus[c] poteſt in cauſa appella-
tionis impetrare reſcriptũ.ex quo enim ſibi ꝑmittit appel-
latio tanq̃ defenſio:ergo ꝛ facultas ſup ea iudicẽ impetran-
di ꝛ proſequendi.parum eñ aut nihil prodeſſet appellatio
ſi etiam nõ daret facultas iudicem impetrandi ꝛ ꝓſequendi
quod procedit etiaꝫ ſi ꝑ alijs cauſis fuiſſet excõicatus vt cla
3 rius probatur in.c.ſi.ſ.eo.ꝛ.ſ.eo.c.cũ inter. ℄ †Opp.ꝛ vide
tur ꝙ reſcriptum impetratum per moniales non debuerit
valere tanq̃ ſurreptitium cum non fecerit mentionem ple-
nam de proceſſu.vt in.c.inter monaſterium.ſ.de re iudi.et in

a ℄ Põt eligere. Adde Old.cõſil. cclxxxvi. †Sebaſti. Sapia.

a ℄ Eligere. Uide Gemini. in.c.preſbyter.xxviij. diſtin.ant.de bu. in c.cũ dilect⁹.de cõſue.ꝛ Abb. i.d.c. cum vintonieñ. col.v.ſ.d electio. vbi extollit gloſ. ibi in verbo amiſerunt. Anto. Franciſ.

b ℄ De excõicatione an poſſit ferri in vniuerſitatẽ et quos liget dicas ꝙ vniuerſitas nõ põt interdici nec excõicari ex delicto vnius vel etiã pluriũ.tñ ſi excõicat vel interdicatur timẽda ẽ ſenteucia:vt plene ꝑ do.Flor. in.l.vſufructuari⁹ venari.ff.de vſufr.et ſi excõicat vniuerſitas: an ſinguli ſint excõicati vide in.c.romana. §.in vniuerſitate de ſen.ex.in.vi.et vide ꝑ ſpe.in tit. de ſent.ex.vbi tꝫ ꝙ nõ põt excõicari:qꝛ nõ hꝫ aiam et vide gl.in.c.ſicut.viij.q.i.ꝛ an q poſtea nati ſunt vel ſucceſſerũt in locũ mortuorum vl̃ eoꝝ q ſe abſentarũt dñeãt talẽ excõicationeꝫ tinere. vide Bar. in.l.qd in rex.in §.ſi.in vlt.q.ff.de le.i.ꝛ in.l.inter ſtipulantẽ. in.§. ſcimus.de ver.ob.ꝛ ang.i.l.ſi grege. de le.i.ꝛ Inn.i.c. grauẽ.de ſen.ex. †Sebaſti. Sapia.

c ℄ Excõicat⁹.qñ valeat ipetratio reſcripti facta ꝑ excõicatũ tradit Cal.in ꝯſi.iiij.i ti. de reſcri.ꝛ in ꝯſi. xij.in tit.de regula.ꝛ multa ponit Feli.in.c.i.col.vi. ſ.de reſcri.ꝛ in.c. ſi.col.ij.ſ.eo.

Sebaſti. Sapia.

a ¶ Nil innouari. Quõ procedat illa regula ponit do. Iaſ. i.l.j.C.ſi bo. poſ. ſm tab. d. ꝑpoſitus in rub. ſ. ſi ap. col. ij. ver. ſacite ergo regulã. coiſe. in fin. ſuis. in verbo appellatio. ver. regula eſt d. vitalis in trac. clauſularũ. charta. xij.

b ¶ Remediũ attẽtatoꝝ appellatiõe pẽdẽ. nõ ſolũ hꝫ locũ in attẽtatis p iudicẽ ſꝫ ẽtiã attẽtatis p ptẽ ad min⁹ violẽter ⁊ de h̃ vide p bal. i. l. ij. C. ſi ap. et q̃liter formari dbeat libell⁹ ſup attẽtatis appellatiõe pẽdẽte. vide hic p. d. ant. ⁊ late p eundẽ in. c. a conſuluit. el. ij. ſ. de ap. ⁊ quod ibi notatur.

Anto. Franciſ. ¶ An remediũ attẽtatorum habeat locũ ita l at tẽtatis p iudiceꝫ ſicut p ptẽ. vide Old. in ꝯſi. ccv. et do. de ro. in deci. cxc. anti. lꝫ in nouis. vbi dicũt ꝙ nõ reuocantur p viã attentati que ſunt attentata p ptẽ ſꝫ p officiũ iudicis ⁊ bñficio iuris. ⁊ vide ẽt do. de ro. i deci. l viij. inci. ad inſtantiã in nouis. vbi loquunt de attẽtatis lite pendẽte. ⁊ eoſdẽ in deci. lx. inci. attentata in nouis. vbi dicũt ꝙ petunt reuocari vſq; ad ꝯcluſionẽ in cã ⁊ vide p eoſdẽ i deci. clxxviij. inci. ꝙ ſi pe. i nouis. q̃ oĩa ſunt notanda ad materiã. c. non ſolũ. de appel.

c ¶ No. p ꝯcordia teſtiũ. et vide do. Ant. in. c. cũ vintomenſis. in pri. pe. col. de elec.

c. dilectus. de reſcrip. ⁊. c. ſup eo. de coha. cle. ⁊ mu. ⁊. c. ex lris. de do. ⁊ ꝯtu. ⁊ in. c. in noſtra. de pcur. In quibus iurib⁹ ꝓbaẽ ꝙ reſcriptũ dꝫ facere mentionẽ de ꝓceſſu cauſe ⁊ ſerie negotij ⁊ ſimilibus: vt in eis ptꝫ. Soluit notanter Hoſ. ꝙ ꝓdicta ſunt vera reſpectu eoꝝ q̃ fiunt añ appellationẽ: q: eorũ que fiunt ſeu nouanẽ poſt appellationẽ nõ poteſt fieri mentio. cũ enim p appellationẽ ſit a iudice receſſum nõ tenetꝛ ſcire qd ipſe faciat. vñ nõ facta de illis mentione reſcriptũ tꝫ. vt hic ⁊. ſ. de ꝯſir. vti. vel inuti. c. bone. Idẽ tenet Phi. dicens p illã decre. bone. ꝙ ſicut de literis q̃ nulle ſunt nõ eſt neceſſe fieri mentionem vt ibi. ⁊ no. in. c. ex tenore. ſ. de reſcri. vbi hoc plene examinauit: ita nec de excõicatiõe vt hic: qđ eſt bene notandum. puto ꝙ etiam alio reſpectu taciturnitas illius excõicationis nõ habeat vitiare q: illius expreſſio non ſubtraxiſſet vel retardaſſet principẽ a ꝯceſſione reſcripti. nam ꝓpter excõicationẽ nõ vt. ſ. c. ſi. ⁊. ſ. co. c. cũ inter. ꝓpter innouationeꝫ factã non. q: validitas illius innouatiõis pendet ab exitu illius appellationis: vt in. c. nõ ſolum. de ap. lib. vi. ergo ceſſat omnis ſurreptio. vt in. c. ſup literis. de reſcri. ¶ Op. ij. videẽ enim ꝙ papa non debuit dare reſcriptũ iſtis monachis appellantibus cũ exprimerẽt cauſaꝫ iniuſtã. Sol. Inn. ꝙ litere monachorũ nõ habebant bonã formã ſed ſurreptitiam dixerunt eñ in impetratione ꝙ iudices non admiſerũt exceptionem excõicationis ꝯtra actorẽ. ſi enim expreſſiſſent qualitatem excõicationis: ⁊ quõ excõicati agebant ꝓſequẽdo appel-

4 lationẽ ſuã literas non habuiſſent. ¶ † Op. iij. in eo ꝙ papa mandat ſimpliciter reuocari innouata poſt appellationem non eñ vr̃ hoc indiſtincte de iure fiendũ vt no. in. c. nõ ſolum ꝓalle. So. Inno. multũ ſingulariter limitat hic illã iuris regulam nil innouari[a] appellatione pendẽte de qua. ff. nil not. app. pen. p totũ ⁊ in. l. appellatione. C. de ap. ⁊. c. dilectus. eo. ti. ⁊. ij. q. vi. ꝟ. appellatiõe. dicit enim eaꝫ ꝓcedere reſpectu iudicis nõ reſpectu ptis. ⁊ ſic etiã intelligit ꝙ habeẽ in aut. vt nulli. in. ꝟ. ſup hoc. vbi ꝓhibeẽ poſſeſſionẽ transferri de vno litigantiũ in aliũ. ⁊ ideo ſi aliquid p partẽ fiat nõ eſt id reuocandũ maxime ſi nõ immutaẽ ſtatus litis. Et ex hoc dic ꝙ ſi agaẽ pſonali actione vt exempto vel cõſimili: ⁊ res que petiẽ alienẽ: tenet alienatio eũ p hoc nõ muteẽ ſtatus litis: nec ꝓiudicetur appellationi. q: ita cõdemnabiẽ pſona facta alienatione ſicut ſi nõ fuiſſet facta. ſi aũt agaẽ reali actione de dominio: tunc ſatetur ꝙ nõ tenet alienatio nõ ea ratione q: appellatiõe pendente factũ eſt ſed q: res eſt litigioſa. Hoſti. võ

b dicit ꝙ iſta regula ap. pen.[b] ⁊c. reſpicit nedũ iudicẽ ſed etiaꝫ ptes ne videlicet aliquid innouẽt in cã in preiudiciũ aduerſariorũ ad minus violenter. nec mirũ ſm euꝫ: q: etiã nulla lite vel ap. pendẽ. nõ datur licẽtia parti inuadẽdi poſſeſſionẽ quam tꝫ alia ps vel circa illã inferendi aliquam violentiam imo p ius ꝓhibeẽ expreſſe. C. vñ vi. l. ſi qs in tantã. ⁊. l. extat. ff. qđ me. cauſa. ⁊. c. placuit. xvi. q. vi. fortius ergo ſm eũ intelligitur ꝓhibitũ ap. pen. ⁊ cum his trãſit ſimpliciter. d. Anto. hic. Ego cõtra hanc diſtinctionẽ Inno. adduco ho. tex. cum glo. in. l. chirographus. ꝟ. ſi. ff. de admi. tu. vbi dicit ꝙ iudex relegauit quẽdã ademptis ſibi bonis ⁊ cauſa ap. pendẽ. condemnatus illa bona alienat. cõfirmata vero ſnia ꝯtra appellantẽ fuit facta illius alienationis reuocatio. ⁊ dicit gloſſ. ibi hoc eſſe quia ap. pendẽ. nõ debuit fieri alienatio. ⁊ qđ debuit ex iudicis officio fieri illa reuocatio. idem tenet glo. in. l. furti. ff. de his qui no. infa. ⁊ ſic videẽ dupliciter intelligi illa lex cum glo. facere ꝯtra opi. Inno. primo quia remediũ illius tituli nil innouari ⁊c. hꝫ locũ cõtra innouationẽ ptis. ſecundo quia ſit innouatio. lꝫ ageretur pſonali. quid dicẽdũ. Ego dicerem ſequendo illã glo. ⁊ Hoſti. ꝙ illius tituli remediũ habet locũ etiã reſpectu ptis vbi p factũ ptis mutareẽ ſtatus litis. ad hoc adduco. c. bone. ⁊ qđ ibi not. Inn. de ap. ⁊ gl. i. d. c. nõ ſolũ. pro hoc quia inſtantia cauſe appellationis ſuccedit loco inſtãtie cauſe ꝓncipalis. vñ ſicut pendẽte illa inſtãtia nihil eſt innouandũ etiã p partẽ: vt in cle. ij. vt lit. pend. ita nec pendẽte inſtantia cauſe ap. quia ſurrogatum dꝫ ſapere naturam illius in cuius locũ ſurrogaẽ. vt in. c. eccleſia. vt li. pend. ⁊. c. maiores. de bap. eadeꝫ eñ eſt cauſa lꝫ inſtãtia ſit diuerſa. vt. ij. q. vi. ꝟ. poſt ſcðam. iuncta glo. ⁊ p Bart. in. l. cũ apud. ff. iudi. ſol. Uel poteſt ſic dici ⁊ melius ꝙ aut appellaẽ extra iudiciũ: ⁊ in dubio hꝫ locũ cõtra innouata appellationis pendentia. vt ꝓbaẽ in. d. c. bone. ⁊ ibi p Inno. ⁊ p eundẽ in. c. dilecti. de ma. ⁊ obe. ⁊ in. c. ex pte. ſ. de reſcri. aut appellaẽ in iudicio. ⁊ ꝓcedit opi. Innoc. hic. dico tñ quod innouata reuocabũtur nõ p remediũ illius tituli nil innouari ⁊c. ſed p remedium alterius videlicet vt lit. pen. nã vt. ſ. dixi nõ nimus lis pendet nũc ꝙ primo. ar. op. in. l. ita demũ. C. de ꝓcur. vbi ptꝫ ꝙ effectus lit. ꝯte. durat ẽt poſt interpoſitionẽ appellatiõis ad idem tex. op. qui ad hoc põt adduci in. c. cũ teneamur. de ap. ⁊ ſic poteſt ſaluari illud ſingulare dictũ Inno. ⁊ ratio diuerſitatis inter appellationeꝫ iudicialẽ ⁊ extraiudicialẽ põt eſſe hec. appellatio eñ extraiudicialis directe dirigiẽ ad ptẽ vt nihil innouet. vt. d. c. bone. ⁊ in. c. cõcertatiõi. eo. titu. li. vi. et loquoꝛ qñ appellaẽ extra iudiciũ nõ a iudice. ⁊ id operaẽ officiũ ſuũ ꝯ partem innouantẽ: iudicialis võ dirigiẽ ad iudicẽ. eſt eñ appellatio iudicialis de minori iudice ad maiorẽ ꝓuocatio. vt. l. j. ff. de ap. vide ho. glo. in. c. ij. de ꝯſue. lib. vi. vñ p appellationẽ agit appellãs ſuſpẽdere iuriſditioneꝫ primi iudicis ⁊ cauſam deducere ad ſuperiorẽ vt in. c. ſi a iudice. de ap. li. vj. ꝯ partẽ eñ nihil agiẽ. ad hoc. c. interpoſita. ꝟ. ſane. de ap. ideo illud remediũ nil innouari ⁊c. fuit ꝓncipaliter inductum cõtra iudicẽ: cuius iuriſditio erat ſuſpẽſa per appellationem: ⁊ tene menti hãc rõnem. puto etiã dictum Inn. verũ ꝙ ſi agatur pſonali nõ debet fieri reuocatio alienationis appellatione pendente facta p id qđ no. Inn. in. c. cũ. M. de cõſtitu. ⁊ lꝫ ibi loquatur pendẽte prima inſtãtia: idẽ tñ eſt dicẽdum in cauſa appellatiõis: q: quicquid põt fieri in prima inſtãtia poſt litẽ cõteſt. poteſt fieri in cauſa appellationis: vt in c. cum Ioãnes. de fid. inſtru. ⁊ qđ no. in. d. l. ita demũ. p Bart. appellatio eñ ſolũ reſcindit effectũ ꝓnũtiati ⁊ deuoluit cauſam ad maiorẽ iudicem: vt. l. p hanc. C. de tem. ap. ⁊. c. venicõs. de iureiurã. Ad. l. chirographus. ꝟ. ſi. ꝓallega. poteſt rñderi ꝙ ibi bona erãt affecta cum ſentẽtia fuerit lata ſpecifice ſup illis: vt in. l. cõmiſſa. ff. de publi. vnde p alienationem mutatur ſtatus litis cõtra titulum: vt lit. pendẽ. ideo debet fieri reuocatio. ⁊ hoc negat Inno. ſed quãdo agitur perſonali bona nõ afficiuntur etiam per ſnĩam ſed ſolũ ꝓcipitur ꝙ debeat rem tradere. de quo tamẽ dicendũ vt no. in. l. i. de actio. emp. ⁊ dixi in. c. cum Ioãnes. ꝓalleg. de fi. inſtru. Itẽ ⁊ ſecũdo poteſt rñderi ꝙ ſi nõ reuocaretur ibi alienatio nõ poſſet perſona cõdemnari ſicut prius. Uel tertio poteſt dici ꝙ id eſt ſpeciale in ſiſco in cuius fraudẽ alienatio facta fuit. faciũt plene circa hoc not. in. l. poſt cõtractũ. ff. de dona. ſed primus ſol. eſt ſubtilior. ¶ Uenio ad glo. quas ꝓter ordinẽ ſolitũ in fine reſeruaui ꝓpter earũ facilitatẽ: ⁊ q: oẽs clare ſatis ſunt ꝓter finalem que diuidiẽ in duas ptes. In prima op. ꝙ hic emanarũt quatuor cõmiſſiões. Prima ad abbatem ſancti bñdicti ad petitionẽ monachorũ. Secũda ad priorẽ de angleſia ad petitioneꝫ monialiũ appellãtiũ. Tertia ad priorẽ de gernemoe ad petitionẽ monachorũ appellantiũ. Quarta ad decanum linconeñ. ad petitionẽ monialium iteruꝫ appellãtiũ. Et hec fuit vltia cõmiſſio de quo vt hic in text. cui decano papa mãdat ꝙ iuſtificata appellatiõe ex pte monialiũ debeat ꝓcedere ſm tenorẽ prioris mãdati directi ad prioreꝫ de gernemoe ſed illud fuit tertiũ mãdatum ⁊ nõ primũ vt ptꝫ ex ꝓdictis ⁊ ex tex. quare male. Solu. glo. ꝙ reſpectu primi mãdati procedit ꝯtrariũ: ſed reſpectu iſtius vltimi illud dicitur primum. fuit eñ primũ reſpectu iſtius vltimi. facit qđ in ſimili habe-

c tur in. c. ioſeph. de verb. ſig. ⁊ hoc no. p teſtibus [c] ꝯcordãdis. ¶ Scðo querit glo. de ordine ꝓcedẽdi p iſtũ decanũ ⁊ rñdet vt in eo patet. ⁊ in effectu vult ꝙ lꝫ iuſtificeẽ appellatio monialiũ interpoſita a priore de gernemoe: nõ tñ. p hoc cognoſcet de ꝓncipali cauſa ſꝫ ſuccedit in locũ ꝓoris de gernemoe Hoſt. repꝛehẽdit gloſſ. dicẽs ꝙ poſtq̃ cõſtiterit de grauamine tertioꝝ iudicum debet iſte decanus ꝓcedere in cauſa ꝓncipali: vt ꝓbaẽ in literis ſm eum. ⁊ hoc voluit papa vt euitaretur circuitus. Io. an. ⁊ ẽiter doc. ſequẽtes tenẽt cũ gl. ⁊ certe glo. ꝓcedit vt ius dictat. argu. c. vt debitus. de appella. ſꝫ iudicio meo nõ oportet nos in illo fatigare: quia papa mandauit hic decano vt iuſtificata appellatiõe ꝓcedat iuxta tenorem cõmiſſionis prime facte priori de gernemoe: ideo inſpiciẽda erat illa forma ⁊ ſequẽda. arg. c. cũ dilecta. de reſcri. ⁊ ſi de nouo acciderẽt iſte appel. ꝓcedẽdum foret: vt habeẽ in gl. niſi aliud haberet forma cõmiſſionis vt hic. ⁊ hec ſufficiãt quoniã hic nõ ſunt alia.

4 nij ⁊c. ¶ † Ex quo no. collige ꝙ per vſucapionem acquirit dñium: ⁊ idem dicit text. in. l. traditionibus. C. de pac. qḋ intellige ſm Dy. in regula poſſeſſor. ꝑalleg. etiã de directo. nã appellatione dñij intelligit de directo. ff. ſi ager vecti. vel emph. l. j. ⁊ ij. qḋ eſt notandũ. ſecus aũt eſt in pſcriptione. nã in pſcriptione. x. vel. xx. annorũ que pcedit in rebus priuatorũ cum titulo acquirit dñium: ſed nõ directũ: illud eñ remanet apud dñm rõne cuius ſm Dy. poſſet dñs in rem agere non ꝯ preſcribentem ſed contra tertiũ. Jn pſcriptione vero lõgiſſimi tpis puta. xxx. vel. xl. annoꝝ non acquirit dñiũ vtile aut directũ: ſed eſt tutus pſcribens exceptione contra dñm: vt in. l. ſi quis emptionis. C. de preſcrip. xxx. annorũ. ⁊ in. d. §. põt. Et rõ diuerſitatis: ſm Cy. eſt q: vſucapio eſt inducta in merũ fauorẽ poſſidentis: ideo fauor facit vt acquirat dominiũ etiam directũ. preſcriptio vero. x. vel. xx. an. eſt inducta partim in fauorẽ poſſidẽtis: pp̄ter bonam fidem: quã habet ⁊ partim in odiũ negligentis: vñ fauor facit vt tranſeat dñium vtile: odium vero ex parte dñi inducit vt apud eũ remaneat dñiũ directum. preſcriptio vero. xxx. vel. xl. ann. eſt inducta in merũ odium negligentis: q: cum pcedat cũ mala fide iura nolunt ſubuenire male fidei poſſeſſoribus. Et ex hac rõne dico ꝙ in pſcriptione lõgiſſimi temporis cũ bona fide qñ preſcribitur ꝯ eccleſiam. j. eo. de quarta. vel contra priuatũ ſine titulo ꝙ acquirit dñium vtile ſicut in pſcriptione longi temporis: cũ tunc ceſſat rõ male fidei qḋ videtur velle tex. in. d. §. poteſt. ⁊ in. l. ſi qs emptionis. ꝑall. ⁊ idẽ ibi Bart. Aduerte tñ in eo qḋ dixi poſt Dy. ꝙ per preſcriptionẽ acquirit vtile dñium b ⁊ non directum. ſcias eñ ꝙ in preſcriptione cũ mala fide omnes conueniunt ꝙ non acquirit dominium ſed tantum exceptio: vt in. d. l. ſi quis. ⁊. d. §. poteſt.

Sed in preſcriptione cum bona fide ſunt opi. quidam enim tenent illã opi. Dy. Alij vero dicunt ꝙ acquiritur dñium etiam directum: de quo vide per glo. in. d. l. ſi quis emptionis. ⁊ plenius per Jo. and. in. d. regula poſſeſſor. in ver. quartum proponebat. vbi ponit motiua vrgentia ad vtrãq; partem: ⁊ tandẽ concludit ꝙ quo ad modum vtendi acqrit preſcribens omne dñium: q: poteſt illa re vti vt vult ſicut poteſt quilibet dñs diſponere de re ſua: ⁊ ſic iudicio meo poſſet intelligi Jnno. in. c. ceterum. j. de iudi. vbi dicit ꝙ per preſcriptionem quis acquirit directũ ⁊ vtile dñium: qḋ eſt notandum. quod vide per gloſ. ⁊ Cy. in aut. niſi. C. de bo. mat. ⁊ per Bart. in. l. j. §. ſi. ff. de aqua plu. arcẽ. ⁊ in. l. minor. §. i. ff. de euic. ſed diſtingue ibi no. ſm diſtinctionem iſtam. Sed capiendo dominium directum prout deſcendit a iure naturali qḋ inheret oſſibus hominis: vt in. l. iij. ff. pro ſocio. illud non preſcribit quia non põt lege humana ⁊ ciuili tolli qḋ eſt naturali rõne acquiſitũ: reſiſtit eñ in hoc equitas naturalis: qḋ ſatis placet. Et addo ad hoc tex. no. i. c. ad aures j. eo. vbi õ ꝙ preſcriptio cum bona fide omnẽ prorſus actionem exclu-
5 dit: ⁊ vide omnino quod ibi dicam. ¶ † Uide ſimilem queſtionem per Bar. in. l. ſi. ff. rem ratam hab. vbi querit an per preſcriptionem debiti tollatur obligatio naturalis ⁊ cõcludit idem in effectu qḋ ſupra quod tollitur obligatio quo ad omnem effectum: tamen remanet naturalis ⁊ vtilis apud eum. ad idem vide gl. in. l. obligationum fere. §. placet. ff. de act. ⁊ oblig. Aduerte hoc poteſt ſatis admitti de iure canonico vbi
6 ſunt preſcriptum cum mala fide. ¶ † Et quotidie hoc contingit hodie propter ſtatuta que poſt certum tempus non admittunt creditorẽ ad agendum: nunquid valent talia ſtatuta quin ſaltẽ poſſit agi in foro eccleſiaſtico ratione peccati vt dixi. Bar. fuit ſibi contrarius: videt tamẽ magis vt valeant ⁊ ꝙ tollatur oĩs obligatio naturalis in effectu: ſed contrarium voluit Jo. and. in. c. ſi. de excep. lib. vj. Bal. in. c. ſi quis per triginta. ſi de feu. fue. controuer. col. x. dicit conſideranda verba ſtatuti. Aut enim dicit ꝙ creditor qui non petierit infra tãtum tempus intelligatur feciſſe pactum de non petendo vel intelligat per acceptilationem debitorem liberaſſe: ⁊ tunc bene tolleret naturalem obligationem in effectu: ⁊ ſic ſentit ꝙ hoc caſu non poſſit recurri ad eccleſiã. facit quod in ſimili no. Bar. in. l. omnes populi. ff. de inſti. ⁊ iure. quando ſtatutum preſumit ſictionem vel ſimulationem. Aut ſtatutum dicit ꝙ tollatur ratione negligentie obligatio naturalis: ⁊ tunc dicit ſe putare ꝙ in foro ſtatuẽtium tollatur obligatio naturalis ſaltem in effectu ſecus in foro canonico ratione peccati: quia non poteſt directe tollere naturalem. ⁊ vide ibi latius. Aut ſtatutum ſe refert ſolũ ad exercitiũ:
c vt, quia dicit creditor non audiatur c poſt tantum tps: ⁊ tunc non tollitur aliqua obligatio: q: ſolum excludit perſona agens: ſicut in excõicato: q: tunc agit poſt abſolutionem: ⁊ ideo hoc caſu ſtatutũ non impedit quin debeat audiri in foro eccleſiaſtico. not. bene hec verba. ⁊ vide
7 qḋ dicam. j. c. ſi. ¶ † Ultimo hic quero an per pactũ poſſit impediri d preſcriptio. vide per Bar. poſt Dy. in. l. nemo põt. ff. de lega. j. ⁊ in. l. j. ff. de vſuca. vbi in effectu concludit ꝙ vſucapio ſeu pſcriptio cũ bona fide non poteſt pacto directe renuntiari: q: ſunt inducte in fauorem publicum ne dñia ſint incerta: vt in. d. l. j. ius aũt publicum pacto priuatorum non remittit. ff. de pac. ius publicũ. ⁊ in. c. ſi diligenti. de foro competẽ. indirecte tñ bene remittit propter ſuperuenientiã male fidei que impedit curſum pſcriptionis: vt in. c. ſi. j. eo. Preſcriptio vero que eſt inducta in odiũ negligentis: vt illa que currit cũ mala fide non poteſt renũtiari: q: non põt quis renuntiare iuri introducto in odiũ alterius.
8 vt no. in. l. cũ filiusfa. ff. ad macedo. ¶ † Ex quo infert Bar. ꝙ ſi ſtatuto caueſt creditorẽ non audiendũ poſt. xx. an. non põt debitor tali ſtatuto renũtiare: ⁊ ex hoc ſentit valere tale ſtatutũ: ⁊ idẽ innuit in. l. ſequit. §. ſi viã. ff. de vſucap. ſed ꝯtrium no. in. l. oẽs populi. ff. de iuſti. ⁊ iur. Et vide in hoc qḋ dixi in. c. qḋ clericis. de fo. cõpe. Quedã eſt preſcriptio inducta in merũ fauorẽ alicuius: ⁊ tali pſcriptioni renuntiari põt. exemplum in pſcriptione inducta ꝯ volentẽ redhibere animal morboſum. vt. l. qḋ ſi nolit. §. ſi qd ita. ff. de edi. edic. Jo. an. ſup rub. huius ti. i addi. poſt Roſ. formant qõnẽ de eo cui fuit cõſtituta ſeruitus ⁊ appoſitũ vt non tollat lapſu tpis: ⁊ ꝯcludit qḋ. ꝯ. dixi poſt Dy. ⁊ Bar. vt impediat preſcriptio pp̄ter malã fidẽ. Jtem videt ſentire ꝙ etiã impediatur vi pacti: dicit eñ tale pactũ nocere emptori illius fundi in quo fuit cõſtituta ſeruitus: q: pactũ nocet ⁊ prodeſt habenti cãm a paciſcente. l. emptori. C. de euic. ⁊ l. quoties. ff. ſi ſa. fur. fe. dic. ſed extraneo non nocet cũ fuerit pſonale. l. ſi vnus. §. ante oĩa. ff. de pac. d. Ant. j. c. cũ non liceat. videtur idẽ velle. ſ. vt ex viribus pacti impediat preſcriptio: q: hoc tangit principalr vtilitatem priuatã: ſecus ſi publicam cui pacto põt renuntiari. vt not. in. c. ſi diligenti. de foro cõpe. qḋ magis pcederet ſm eũ in pſcriptione mere odioſa. nam cum poſſit pacto interrũpi. vt noc. Dy. in. l. ſicut. C. de preſcript. xxx. an. multo fortius poteſt impediri ne inchoet de iure. quemadmodũ. Sed mihi non placet quaten⁹ dixit do. Ant. pactũ valere in pſcriptione mere odioſa. nã cũ illa non ſit inducta in fauorẽ poſſeſſoris: q: iura non fauent male fidei poſſeſſoribus non video quõ poſſit principio per pactũ renuntiare. ar. c. vigilanti. et qḋ ibi dicam. j. eod. ſed in mere fauorabili vel partim odioſa ⁊ partim fauorabili poſſet procedere hec opi. Jo. an. ar. in cle. quãdiu. de app. in aut. ſi tamen. C. de temp. ap. fac. l. ſi quis emptionis. C. de preſcript. xxx. anno. et

anno.ꝛ melius.c.ad apoſtolicam.de regu.cū ibi no.Bal.tamen in.c.i.§.
preterea.de cap.contra.col.x.videtur ſequi opi.Bar.ſimpliciter.Et hec
ſufficiant ad intellectum rubrice. Abbas.

1 ¶ Preſcriptio rei eccleſiaſtice immobilis in aliquo caſu pōt currere per ſpatium trium annorū cum mala fide:qđ eſt fauore religionis.
2 Preſcriptio non currit contra pupillum etiam habētem tutorem nec contra eccleſiam vacantem licet habeat epiſcopum.
3 Preſcriptio non currit contra iura imperij vacante imperio.5.
4 Preſcriptio an currat contra bona pertinentia ad capitulum: vel ad capitulum ꝛ epiſcopum.
Capitulum an ſede vacāte exerceat iura ſpectātia ad prelatum ſolum: vel ad prelatum ꝛ capitulum.
6 Preſcriptio incorporaliū non requirit quaſi poſſeſſionem ſed ſciētiam et patientiā aduerſarij vel poſſeſſoris.
7 Preſcriptio non currit contra eccleſiā excōicatum prelatū habentem.
8 Preſcriptio non currit contra excōmunicatum.
9 Eccleſia reſtituitur aduerſus preſcriptionem:ſicut minor.
10 Prelatus poteſt preiudicare eccleſie in iudicialib⁹:ſed in cōtractu nō.
11 Reſtitutio aduerſus pſcriptionē datur etiā minori ꝑpter ignorantiā.12.
12 Aduerſus quadriēnium qđ datur ad petēdam reſtitutionē in integrū non reſtituitur quis niſi quis ignorauerit preſcriptionem.
Negligentia non cadit in ignorantem.

Placuit. Epiſcopus cōtra epiſcopū locum per ſe conuerſum ad fidem preſcribit triēnio:ſed cū vacat eccleſia vel eſt in ſchiſmate nō preſcribitur cōtra ipſam.Diuiditur.Nam primo ponit dictū. Secūdo determinat ibi:ſi tamē. caſum determinatum exponens.ibi:ſi autē.ꝛ aliū addens ibi: itē ſi. ¶ Caſus literalis.Epiſcopi ꝛ prelati negligebant plebs ſuas conuertere ad catholicam vnitatē.vnde ſtatuit conciliū iſtud vt ſi aliquis aliquē locum ad catholicā vnitatē conuerterit ſi per triēnium tenuerit locum illum nullo ipſum repetente decetero nō repetatur ab eo:hoc verum eſt ſi per ipſum triēniū fuit eps qui poſſit illū repetere ꝛ tacuit. Si vero nullus fuerit eps non preiudicetur eccleſie.Sed cū eccleſia epiſcopū habuerit liceat ex ea die intra triēnium ipſum repetere.Itē ſi epiſcopus p triennium illud catholicus nō fuerit nō currit tunc preſcriptio.ſed ſi ad catholicā vnitatem cōuerſus fuerit ex ea die qua cōuerſus fuerit per triēnium habeat poteſtatē repetendi locum illum qui pertinebat ad eccle
1 ſiam ſuam.Ber.¶ †Not.i.duo ſingularia ex iſto text. Primo in eo qđ habes caſum in quo cōtra eccleſiā in re immobili ſeu in iurib⁹ incorporalibus currit preſcriptio et per ſpatium triennij.cōtra.C.de quarta.in ſi.ꝫ.eo.ꝛ aut.quas actiones.C.de ſacroſan.eccle.Scđo ꝙ currit preſcriptio de iure canonico etiā contra eccleſiā cum mala fide.contra.c.vigilanti.ꝛ.c.fina.ꝫ.eo.ſed dic iſta emanaſſe in fauorem fidei vt prelati eſſent promptiores in reducendo ad fidelitatē loca collapſa in hereſim. multa enim in fidei fauorem ſpecialia inducta ſunt vt in.c.in fidei fauorem. de here.lib.vi.ꝛ.ij.q.vij.ſi hereticus.cum ſi.Preterea autoritate canonum et per monitionem que debet acquiſitionē precedere:vt no. hic in glo.ꝛ in regula poſſeſſor.de regu.iuris.lib.vi.Et ex hoc ꝛ ex tex.collige ꝙ ex cauſa vrgenti ꝛ rationabili poſſet induci in certis caſibus preſcri
a ptio cū mala fide:ᵃ ſed cum agatur de excluſione peccati credo autoritatem canonis neceſſariā.Lex autem ciuilis nō poſſet hoc inducere.ad hoc tex.cū gl.no.in.c.inter hec.xxxij.q.ij.¶ No.ſcđo ꝙ eccleſie matrici
b vacāti vel inutilē ꝑlatū ad agendū habēti nō currit pſcriptio.ᵇ ꝛ dic qđ hoc tēpore dormit pſcriptio ſi prius tēpore habilis ꝑlati fuiſſet inchoata.vnde tēpore vacationis ſeu inhabilitatis ꝑlati debēt de medio pſcriptiones ſubduci.vt in.c.auditis.ꝫ.eo.Ad materiā vide qđ no.ꝫ.eod.ex traſmiſſa.ꝛ.c.illud.ꝛ per Bar.in.l.naturaliter.ff.de vſucap.¶ Glo. prima opponit ꝛ ſoluit ꝛ quia facilis eſt eam per te videas.Aduerte tamē in eo qđ dicit ꝙ iſtud triennium computatur poſt illos ſex mēſes qui debent intercedere poſt admonitionē factam proprio epiſcopo vt locum proprium conuertat ad fidem.nam ſane intelligas vt ſemper fiat continuatio triēnij immediate poſt lapſum illorum ſex menſium.nam hoc triēnium currit a die cōuerſionis ſeu poſſeſſionis:quia abſq; poſſeſſione non curreret preſcriptio.vt in regula ſine poſſeſſione.li.vi.Unde dicunt hic Inno.ꝛ Hoſt.ꝛ bene in contrarijs ſignatis in gl.ponitur tempus poſt qđ licet populum lapſum in hereſim acquirere et lucrari. hic vero ponitur tempus poſt qđ epiſcopus populi lapſi non poteſt illum repetere.¶ Glo.ſi.primo colligit duos caſus in quib⁹ eccleſie non currit preſcriptio.Scđo oppo.ꝛ ſoluit.vt patet in ea ſed nō reſpondet formaliter ad.c.nobis.ꝛ.c.vulteranę.Goffre.dicit:ꝙ hec capitula non loquuntur in iconomo ſed in adminiſtratore qui plenam habet adminiſtrationē in tēporalib⁹.Itē ꝓſuppoſito qđ ar.eſſet verū.ſ.ꝙ iconomus
2 poſſet agere tñ non ꝯcluderet.¶ †Et patet inſtantia in tutore qui pōt cōuenire ꝛ cōueniri pro pupillo vel pupillus eius autoritate. iuxta di. poſitā in.l.i.ff.de auto.tut. Tamen nō currit contra pupillū pſcriptio. xxx.anno.l.ſicut.ꝛ.l.ſi.C.in q.cau.in inte.reſti.non eſt neceſſ.ſm Innoc. ego do aliā inſtantiā magis cōcludentē ad propoſitū. nam vacante ec
c cleſiaᶜ inferior nō incurrit contra eā preſcriptio.licet eps pro ea poſſit agere.hoc vltimū probat in.c.ſi.de ſucceſ.ab inteſta.ꝛ.l.ſancimus.C.de ſac.ſan.eccle.primū.ſ.ꝙ nō currat pſcriptio tunc tpis:notāter firmat Inno.in.c.olim.el.i.de reſtit. ſpo.mouet q2 tūc eccleſia caret immediato defenſore et ſic nō eſt q illius curā vtiliter agat.ꝛ ꝑ hoc facit ꝙ licet eps poſſit agere.nō tamen hȝ vel habere poteſt de facto curā ſicut imediatus adminiſtrator.ar.opti.in.c.ſi.de offic.archi.in.c.ſi.de reb⁹
3 eccl.nō alie.li.vi.¶ †Et per hoc poteſt defenſari et ꝓbari notabile dictū Bart. in.l.naturaliter.ff. de vſuca.vbi dicit ꝙ vacante imperio nō currit ꝫ iura eius pſcriptio:licet papa tūc ſuccedat in poteſtate adminiſtrādi:vt ſ.c.licet ex ſuſcepto.de ſo. cōpe.et ſic ciuitates vel alij principes nō poſſunt ᵈ preſcribere tunc merū ꝛ mixtū imperiū ſm eū. et no.hoc dictū rōne roboratū: q2 ipſe non ita bene ꝓbat:ſed facit fundamētū falſum in iconomo q lȝ adheſit tēpore vacationis eccleſie:nō tñ currit pſcriptio ſm eū: vt hic. ſed hoc ar.eſt falſum: quia iconomus agere nō pōt vacāte eccl'ia: vt dicit gl. et hoc indubitatū eſt in iurib⁹ ſpectātib⁹ ad ſolū ꝑlatū.ad hoc.c.i.in ſi.ne ſe.vacā.et in cle.ꝓcuratore.de procu.cū ibi no.¶ †Sed dubiū magis pōt
4 eſſe in alijs bonis ꝛ iurib⁹ que nō pertinēt ad ꝑlatum tñ:ꝛ ꝑfecto in bonis ſpectantib⁹ ad ſolū cōuentū ſeu caplm.ſatis puto qđ currat pſcriptio: q2 nihil ad epm de illis:niſi forte ſint talia ꝛ tanta ꝙ capitulū nō poſſet agere ſup illis ſine conſenſu ꝑlati.iuxta no.in.c.edoceri.de reſcri.ꝛ.c.i.de ꝓcu. et tūc puto in illis hūc tex.ꝓcedere. Si autē ſunt bona cōia.ſ.ꝑlato ꝛ eccleſie:ꝛ tūc nō eſt paruū dubium ſcđm me:vtrū tunc pſcriptio currat vacante eccleſia:in quo ſic dicerē qđ ſi teneremus opi.ꝙ tunc eccleſia nō poſſit agere:qđ ſentit gloſ.ſi.in.d. cle.procuratorē.nō curret preſcriptio:quia militat in illis rō huius.c.Aut tenem⁹ contrariā opi. quā vr̄ fouere Archid.ꝛ Pau.vt ibi no.ꝛ tunc vr̄ dicēdū oppoſitū:ꝛ facit qđ no.Inno.in.c.cū dilectus.đ ꝯſue.vbi dicit ꝙ vacāte monaſterio p mortem abbatis licite pōt conuētus agere ꝛ ſyndicū creare alle.l.i.i.ff.qđ cuiuſq; vni.ſȝ mihi plus placet vt nō currat tūc pſcriptio.Quia nō dȝ ꝑiudicare prelato q non adeſt.ar.in.l.ſi cōem.ff.quēad. ſer.amit.vbi patet ꝙ ꝑpter perſonā pupilli ꝯſeruaſ maior leſus in ꝑdio cōi.Preterea hoc ꝓbo p iſtū tex.nā vt dicit Inn.in.c.dilecti.de ma.ꝛ obe. hec ſpūalia et dignitates eccl'ie ſunt cōia ꝛ cōiter tenenſ ab epo et capitulo:licet eps ſit caput:vt in c.cū clerici.de ver.ſigni.ꝛ tñ vt vides hic non currit preſcriptio in his iuribus ſede vacante. Plus etiam placet mihi prima opi.vt ſede vacante non poſſit capitulū agere ſuper iuribus ꝛ bonis communibus:quia prelatus eſt caput vt predixi.ꝛ patet in.c.nouit.et.c.q̄to.de his que ſi.a prela. vnde ſine capite nō debet licere mēbris iura cōmunia in iudiciū deducere cū poſſit preiudicari prelato: ſed in alijs in quibus non timeſ de magno preiudicio poteſt admitti vt capitulū ſede vacante exerceat iura pariter ſpectantia ad vtrunq; ſic intelligo.c.fina.de re iudic.libr.vi.ꝛ.c.vnico. ne ſede vacante.eo.lib.ꝛ hec bene notabis:quia per doct.
5 non bene diſcuſſa. ¶ †Et notabis illud dictum
d Bar.ꝙ vacante imperio non currit preſcriptio ᵈ licet eccleſia ſuccedat in adminiſtratione. nā ipſe Barto.alibi dubitauit ꝛ dimiſit queſtionē indeciſam.vt ipſe no.in.l.i.ff.de aqua plu.ar. Itē quatenus dicit Bar.in.d.l.naturaliter.ꝙ vacāte imperio nō preſcribitur merū aut mixtū imperiū.dico idem ſi imperiū nō vacat ſed imperator eſt in remotis et nō habet aliquē loco ſui in prouincia vt hodie cōtingit in Italia.nā inferior non pōt pre
6 ſcribere merū aut mixtum imperium. † Quia in rum tantum ſpectet ad collationem epiſcopi.ꝛ vide ibi domi.Cardi.in xi.q.ꝛ in cle.i.in.§.ij.de here.

a ¶ Cum mala fide. Adde Alex.conſi.clxxij.lib.ij.
b ✠ Sebaſti. Sapia. ¶ Preſcriptio. Caſus ī qb⁹ dormiat pſcriptio late enumerat Plat.papi.ī forma riſionis rei cōuēti: in vbo exceptionē pſcriptionis:ꝛ Jo.frā.Balbus taurinēſis in trac. pſcriptio.in.ij.parte ſexte partis ꝑncipalis ꝛ ibi in quarto caſu meminit de iſto caſu qñ vacat eccleſia vel hȝ prelatū inutilem. ✠ Sebaſti. Sapia.

c ¶ Vacante eccleſia.vide Abb.i.c.cū deputati.ꝫ.de iud.ꝛ in.c.qm frequenter.§.porro. vt lite nō cōteſta.ꝛ l ꝯſi.xxxiij.incipien.quia defunctus.in.j.volu. Anto.Franciſ.

¶ Preſcriptio.ī qb⁹ ſuccedat capitulū ſede vacāte. dicas.i.qđ caplm nō poteſt cōferre bñficia quoꝝ collatio ſpectat ad caplm et epm ſimul.c.i.ne ſede vacāte.ꝛ vide Inn.ī c.dilecti.vbi dicit đ ma.ꝛ obe.ꝙ ꝯſequiſ iura ſpalia. ꝛ vide gl.i.c.is q. ꝛ l.c.cū olim.e.ti. ꝛ Bar.i.l.vbi abſunt.de tut.ꝛ cur. datis ab his vbi hſ ꝙ caplm vacāte ſede hȝ iuriſdictionalia.đ q̄ vide Spe.l ti.de inſtr. edi.l.§. cui⁹ vero aliqua.in v̄. circa legitimos.ꝛ Car. in cle.i.in.§.ij.de hereti. et in.c.ad abolēdā.ne here. lib.vi.dicas tñ ꝙ caplm ſede vacāte nō pōe pſentare ad bñficia quorū pſentatio ptinet ad prelatū in Spe.in ti.ne ſede vacā.et Car.ī cle. ij.l.ij.q.de ꝓcu.et vide not.in.c.i.ne ſede vacā.libr.vi. vbi dī ꝙ capitulū mortuo ꝑlato ſit proſeq ea q̄ ſimul ſunt cepta cū epo ꝛ vide.d.Abb.in c.verū.đ ſo.cōpe. ꝛ Car.in cle.ij.in iiij.q.de ſta.mo.ꝛ in cle.i.l.§.ij.l.ix. q.ne here.vbi dicūt ꝙ caplm ſede vacāte ſuccedit ī his q̄ ptinent ad epm iure cōi.ꝛ vide gl.ī cle.i.đ rep pmut.q̄ dixit qđ caplm ſede vacāte pōt autorari ī pmutatiōib⁹ bñficiorum niſi ambo beneficia vel alterum tantum ſpectet ad collationem epiſcopi.

→ Sebaſti. Sapia.
a ¶ Seu poſſeſſo-
re. Uide Iaſ. in. l.
imperiū. col. vi. ff.
de iuriſ. om. iudi.
et Alexan. in ↄſi.
xvi. colū. vij. in. v.
volu. Feli. in. c. de
quarta. colū. xiiij.
ſ. eodem.
→ Sebaſti. Sapia.
b ¶ Infra q̃drien
niū. Uide. d. Iaſ.
i auſ. quas actio-
nes. col. viij. circa
fi. C. de ſacroſanc.
eccle. Cardi. i cle.
ſ. in. viij. q. d reſti.
in integ. late Ale
xan. in cōſil. lxxxi.
incipien. reuocaſ
in dubium. col. ij.
in. v. volu.
c ¶ Cōſului. Adde
eius conſil. xxxij.
vbi idem dicit. et
vide Roſſi. conſi.
clxvi. ⁊ clvij. Ale
xand. conſi. clxvi.
lib. ij.
d ¶ Delictū ꝑlati.
Adde qđ poſui i
apoſtil. ad iſtū in
c. ſi diligenti. nu.
24. in v̄. nocet ec-
cleſie. ſ. de ſo. cō-
pe. ⁊ in. c. impera-
torū. nume. 3. in v̄.
ꝑiudicat eccleſie.
ſ. de iura. calum.
→ Sebaſti. Sapia.
e ¶ Dubiū. Uide
Alex. in cōſil. iiij.
in. ij. vol. ⁊ in ↄſil.
lxxxix. eodē volu.
Deci. in conſilio
xlij. in fi. Roma.
in ↄſi. ccclxix. inci
pien. circa primā
ꝓpoſite q̄onis ar
ticulum. col. vij. ⁊
in cōſi. cxxiij. et in
cōſi. ccccvij. circa
finē. et in conſilio
lviij. in fine Iaſ.
in. §. rurſus. colū.
xvi. inſti. de actio.

iſtis incorporalib⁹ non requiritur quaſi poſſeſſio
a niſi ſciente aduerſario ſeu poſſeſſore.ᵃ vt in. l. ij. de
ſer. ⁊ aqua. no. Innoc. in. c. bone. ij. de poſtu. prela.
et. c. cōquerēte. de offi. ord. ⁊. c. ij. de in integ. reſti. ⁊
in multis alijs locis. et ideo ſi imperator ignorat
non pōt q̄s hec iuriſditionalia pſcribere. vt ipſe-
met Bart. voluit in. l. j. ff. de aqua plu. arcē. et in. l.
ſi publicanus. §. in vectigalib⁹. ff. de publi. qđ te-
ne menti. ex predictis habes ampliatum hoc. c. vt
nō ponat caſum ſpecialē in eccleſia matrice vacā-
7 te. ſed idē eſt in alia dignitate. ¶ † Extra gl. q̄ro
quid ſi prelatus eſt excōicatus nunq̄d tunc cōtra
eccleſiam currat preſcriptio. gl. in. c. prima actio-
ne. xvi. q. j. tenet ꝙ nō. ⁊ idem hic Hoſti. qui ꝑ hāc
literam arguit ꝙ licet eccleſia habeat epiſcopū. ſi
tamē nō eſt talis ꝙ poſſit iura eccleſie repetere. vt
quia eſt excōmunicatus nō currit preſcriptio ec-
cleſie. alleg. c. quia diuerſitatē. de cōceſ. preben. qui
tex. bene facit. ⁊. c. cū inter. ſ. de excep. et hoc eſt ſa
tis rationabile in bonis eccleſie: q2 malitia prela
ti non debet nocere eccleſie. xvi. q. vj. ſi epiſcopum
et parta ſunt nullum habere prelatū ⁊ inutilē ha-
8 bere. vt in. c. ij. de tranſla. prela. ¶ † Sed ego for-
mo q̄onem quid in iurib⁹ et rebus ꝓprijs ipſius
excōicati an currat cōtra eū preſcriptio cum non
deberet reportare cōmodū de malitia ſua. de iud.
intelleximus. ⁊ facit qđ dixi poſt Hoſti. ſ. tit. p̄xi.
c. ſignificauerūt. Sed puto idē dicendū vt preſcri
ptio non currat. Moueor per. d. c. quia diuerſita-
tem. qđ loquiſ de iuribus et preeminētijs ipſius
excōmunicati. ⁊ per rationē gloſ. in regula impu-
tari. de regu. iur. lib. vi. Nam hoc impedimentum
agendi nō oritur immediate ex culpa excōmuni-
cati ſed ex pena excōicationis. et ideo cum ſit im-
peditus a lege nō debet cōtra eū currere preſcri-
ptio. l. j. in fi. C. de anna. except. cū ſimi. ⁊ vide plu-
res conſimiles caſus in quibus nō currit preſcri
ptio per gl. in. d. c. prima actione. ⁊ plures adhuc
no. per doc. in. c. ex tranſmiſſa. ſ. eo. vbi dicā. et ibi
etiam tangitur an in iſtis ⁊ ſimilibus impedimē-
tis non currat preſcriptio: an vero currat ſed deſ
9 reſtitutio. et dic vt ibi diceſ. ¶ † Ulterius quero
an cōtra pſcriptionē detur eccleſie infra quadriē-
b niū ᵇ beneficiū reſtitutionis in integ. Hoſt. primo
ſentit hic ꝙ ſic. dicit enim ꝙ poſt trienniū de quo
hic nō audietur prelatus repetens iure cōi: ſed ꝑ
beneficiū reſtitutionis in integ. forſan ꝙ ſic. remit-
tens ad no. in. c. j. de reſti. in inte. ſed ſtatim ab hoc
dicto recedit dicens per iſtum tex. reprobari opi.
Raſonis q dixerat eccleſiā reſtituendā cōtra pre-
ſcriptionē ſicut pupillus. nā vt dicit ſi id verū eēt
hic tēporalis preſcriptio nō curreret ↄ eccleſiam
ſicut nec cōtra adoleſcentē. C. in qui. cau. in integ.
reſti. nō eſt neceſ. l. ſi. ⁊ ita tranſeūt hic cōiter doc.
ſed ipſemet Hoſtiē. tenuit ↄrium in ſumma. de in
inte. reſti. §. iij. ꝓpe fi. vbi dixit pſcriptionē curre-
re ſʒ ſibi ſubueniſ ꝑ beneficiū reſtōnis. Ego alias
c in hac q̄one cōſuluiᶜ ⁊ varias reperi opi. ⁊ profe-
cto eſt elegans ⁊ ſubtile dubiū: ⁊ primo Ber. gloſ.
multū variat in. c. auditis. de in integ. reſti. nūc in
vnā nunc in ↄriam ſniam declinando. ſed tandem
adheſit opi. Io. ⁊ Uin. qui tenuerūt reſtōnē dene-
gandā. moti q2 iura voluerūt eccleſijs per preſcri
ptionē ꝑiudicari: vt in. c. placuit. xvi. q. iij. et ea. cā
q. iiij. volumus. itē quia ſi conſidereſ reſtō fruſtra
emanaſſent iura de preſcriptione loq̄ntia aduer
ſus eccleſiā. idē tenuit Gof. in ſum. de in inte. reſt.
in. ij. col. dicēs ꝙ nunq̄ inuenit eccleſiā reſtitui in
vſucapione vel pſcriptione: licet q̄dā tēpora ſub-
ducanſ de medio. vt in. c. auditis. ſ. eo. ⁊ hic. ſed in
cōtractu ⁊ pſcriptionib⁹ iudicialib⁹ eccleſia equi
paraſ minori. hanc eandē opi. ſentit gl. in cle. j. de
in inte. reſti. dicēs illā cle. loqui de reſtit. aduerſus
lapſum tēis ⁊ nō aduerſus pſcriptionē ↄ quā nō
datur reſtitutio remittens ad not. in. d. c. auditis.
nihil de nouo inducens. Sed in cōtrariam ſniam
cōueniunt numero plures et ingenij elegātioris.
primo Accur. gl. iuris ciuilis in. d. auſ. q̄s actio-
nes. ⁊ apertius in auſ. de eccle. ti. §. ꝑ tēporalib⁹.
vt dixit hoc cōiter teneri. ſcđo tenuit hic Io. glo.

decreti in. c. placuit. ij. xvi. q. iij. idē tenuit Inno. papa doctor ſubtiliſſi-
mus in. c. j. de in inte. reſti. hanc opi. ſecuti ſunt Pau. de leaza. ⁊ Zenze.
Io. de lig. in. d. cle. vna. de in integ. reſtit. Col. in. c. auditis. ⁊ idē ibi oēs
fere moderni. Hoſt. in. d. §. iij. ſenſerūt Bar. ⁊ Bal. in. d. auſ. quas actio-
nes. licet Cy. aliter ⁊ male ⁊ infideliter recitet ibi opi. canoniſtax. Pro
hac opin. ego cōſului in q̄one facti in quodā legato facto eccleſie fratrū
minorū de Senis ⁊ probaſ hec opi. rōne. Minori currit preſcriptio et
tñ reſtituitur. l. ſi vna. C. ſi aduer. vſu. ⁊. l. fi. C. in quib⁹ cau. re. in inte. non
eſt neceſ. no. glo. in. l. ſicut. C. de pſcrip. xxx. anno. ergo idem dicēdum in
eccleſia que fungitur iure minorū in reſtitutionis materia: vt in. c. j. ⁊. c.
auditis. de in inte. reſti. ⁊ in. c. j. ⁊. ij. eo. ti. li. vi. ⁊ in cle. vna. eo. ti. Nec va-
let ſi dicaſ dicta iura loqui in cōtractibus et pſcriptionib⁹ iudicialib⁹:
quia nō apparet rō ſic reſtringēdi. ſi enim aduerſus cōtractū per quem
ſecuta traditione transferſ dñium datur reſtō. ergo fortius eſt cōceden
da reſtō aduerſus pſcriptionē cū contractus ſit de iure gentiū. l. ex hoc
iure. ff. de iuſti. et iur. et interuenit vtriuſq̄ partis cōſenſus. l. ſicut. C. de
actio. ⁊ obli. et vtrinq̄ naſciſ obligatio. l. labeo. ij. ff. de v̄bo. ſig. preſcri-
ptio autē eſt de iure ciuili ⁊ inuēta ⁊ cauſata citra partiū cōſenſum. Si
ergo per reſtitutionē fortius vinculum diſſolniſ: multofortius minus
forte aut multomagis. C. de epi. ⁊ cle. ⁊. c. cū in cunctis. de elect. itē actus
iudiciales ſunt multū fauorabiles vt teneant ⁊ ſit litiū finis vt in. c. fin.
10 de dolo ⁊ cōtuma. ⁊. l. quidam eſtimauerunt. ff. ſi cer. pe. ¶ † Hinc alibi
d dixit glo. no. delictū prelati ᵈ nocere eccleſie in iudicialib⁹ ſed non in cō
tractu. vt no. in regula delictū perſone. li. vi. ſʒ aduerſus actus iudicia-
les reſtituitur eccleſia etiam aduerſus ſententiā: vt in. d. c. j. de in integ.
reſti. lib. vi. et. c. auditis. ergo multofortius aduerſus preſcriptionē ex-
traiudicialē. Preterea cle. vna. de in integ. reſti. loquitur indiſtincte vt
aduerſus lapſum tēporis reſtituaſ eccleſia: ergo aduerſus pſcriptionē
que cauſaſ ex tēporis curſu. et pars illa profecto verior eſt maxime vbi
preſcriptio ꝓceſſit cōtra ignorantē de iure ſuo: vt erat in illa q̄one circa
11 legatū eccleſie factū. ¶ † Nā vt ſingulariter voluit Bar. in. l. j. §. ſi quis
autē. ff. de iti. actuq̄ priua. etiā maior eſt reſtituēdus propter ignorātiā
aduerſus preſcriptionē. ar. illius. l. Ego adduco ad idē glo. no. que hoc
ſentit in. l. j. C. de pa. pote. ⁊ facit op. tex. in. l. pantonius. ff. de acqr. here.
Non obſtant iura q̄ voluerūt eccleſie ꝑiudicari per preſcriptionē q2 idē
reperiſ in minori: ⁊ tñ conceditſ reſtitutio. idē etiā eſt reperire in ↄctu q̄
obligat: ſed tñ reſcinditſ per reſtōnis beneficiū. nec ſequiſ qđ ꝓpter hoc
iura ſunt fruſtratoria: q2 hoc eſt falſum cū reſtō debeat peti infra q̄driē
niū: quo elapſo alia iuſta cā nō apparēte firma manet pſcriptio vt l. c. j.
⁊. ij. de in inte. reſti. lib. vi. Non ob. ꝙ de hac reſtōne iure nō caueaſ: quia
ſatis eſt ꝙ includaſ ſub verbis generalib⁹ iura eni gñaliter volūt eccle
12 ſie leſe ſuccurri per reſtōnis beneficiū vt in iurib⁹ prealle. ¶ † Sʒ occur
e rit aliud pulchrū dubiū ᵉ circa curſum illius quadriēnij qđ daſ ad pe-
tendū beneficiū reſtōnis. nā cōiter teneſ ꝙ aduerſus illud quadriēniū
non daſ reſtō ne ꝓceſſus ſit infinitus cū veniat ad firmandā pſcriptio-
nē: ⁊ vſ ꝓbari in. d. c. j. ⁊. ij. de in inte. reſt. li. vi. Qñ incipiat currere illud
quadriēniū certe dicendū ꝙ a tpe leſionis vt in dictis iurib⁹: ⁊ ſic poſt
cōpletā pſcriptionē quia tūc eccleſia incipit ledi. Sed dico vnū notabi
le videlicet ꝙ illud tps eſt a principio vtile vnde non currit ignoranti.
hoc vſ probari ꝑ tex. illius. c. j. vbi đi qđ ſi quis negligēter omiſerit ⁊c.
ignorās enim nō negligit: vt probaſ in. c. ij. iuncto. c. quia diuerſitatem.
de ↄceſ. prebē. Ad idē glo. in. c. ꝙ ſit. de elec. li. vi. in ver. diſtulerit. ⁊ inſti.
de act. §. itē mixta. in v̄. diſtulerit. Et hanc opi. ſi. tenuit Ioā. de lig. poſt
Zenze. in. d. cle. vna. in ver. cōtinuum. Pro hoc facit quia quadrienniū
illud ſuccedit loco anni vtilis q olim cōpetebat: vt dicit tex. in. l. ſi. C. de
tempo. in inte. reſti. debet ergo eſſe vtile a principio vt ſic ſapiat naturā
eius in cuius locū ſurrogatur. ar. c. eccleſia. vt lit. pen. preterea ibi in. d.
c. j. đi poſt quadriēniū eccleſiā nō audiendā volentē petere reſtōnem in
integ. niſi aliqua rōnabilis cauſa ſubſit q̄ moueat ſuperiorē ad hoc be-
neficiū ↄcedendū: ſed profecto ignorātia eſt probabilis cā cum inducat
reſtōnem etiam in maiori: vt. ſ. dixi. ⁊ per hec habes hoc. c. vtiliter expe
ditum. Alia que poſſunt tangi ſunt facilia. Abbas.

1 ¶ Religioſi non peccant ius ſuū proſequendo in iudicio licet ſit ho-
neſtum vt ſyndicum conſtituant.
2 Peccatum an incurrat ille qui petendo rem ſuam non poteſt eam ſine
ſcandalo conſequi.
3 Furem licitū eſt occidere pro recuperanda re ſua de iure ciuili: de iure
vero canonico omnia licēt preter cedem.
4 Prelatus quo caſu peccet nō repetendo res, eccleſie vel pauperum ad
hoc vt vitet ſtrepitum iudiciorum.
Negligentia in prelato eſt peccatum mortale.
5 Papa loquens in literis in numero ſingulari reddit illas falſas.
6 Delictum priuati preiudicat eccleſie in omittendo.
7 Preſcribi nō poteſt res vitioſa vitio reali etiā per ſingularem ſucceſ-
ſorem: quia vitium reale ſequitur quēlibet ſucceſſorem.
8 Succeſſor vniuerſalis nō preſcribit etiam ex perſona ſua ſi defunctus
habuit malam fidem etiam ſine violentia de nullo iure.
Heres tenetur exonerare conſcientiam defuncti.
9 Preſcriptio interrūpitur ciuiliter per proteſtationē vel querelam fa-
ctam coram iudice: vel epo: notario: vel honeſtis viris.

Papa

Papa interrumpit preſcriptionē etiā per proteſtationem extraiudicialem ꝛ quare.
Interruptio vel proteſtatio extraiudicialis non interrumpit vſucapionē inchoatam: ſecus ſi non eſt inchoata: vel niſi inchoauerit ſine titulo. 2.
10 Preſcriptio currit.xl.an. ꝫ res debitas incertis perſonis: puta pauperibus: vel pro captiuis rediendis: ꝛ etiam ad alias pias cauſas.
Legatum factū pro aīa dicitur ad pias cauſas.
11 Preſcriptio currit cōtra minorem etiam curatorem habentem litem contra eccleſiam: ex negligētia curatoris vel prelati.

Nihil. Hoc.c. legitur varijs modis in glo. ꝛ extra: vt.ſ. patebit: ſed Joan.and. ſummat duobus modis ſm primas duas lectu. que eliciunt ex glo. fin. ꝛ primo ſic. Taciturnitas prelati non nocet eccleſie donec ſit preſcriptum. ſcdo ſic. In rebus inuaſis non currit preſcriptio. Poſſet ſummari ꝛ aliter. vt.ſ. patebit. ſed iſte due lecture ſunt vere in ſe: ꝛ procedūt ſine ſcrupulo. De alijs vero poſſet dubitari vt dicā in ſequentibus. diuiditur. nam primo repetit ꝙ ſcripſerat olim. ſcdo proteſtať. ibi: ſed illud. ¶ Caſus literalis. Quedā domina patricia occupauerat partē patrimonij beati Petri: papa Grego. ſcripſit ei ꝙ ipſa dimitteret patrimoniū illud: ꝛ ipſa ei ſcripſit qđ parata erat facere rationē: et papa remandauit eidem qđ nihil cū ſcandalo: nihil cū ſtrepitu iudicij volebat de cauſis pauperū diffinire. vltimo cū ipſa non dimitteret bona pauperū reducit eidem dn̄e ad memoriā qualiter olim ſcripſerat ſibi dicens: qđ taciturnitas ꝛ patientia ſua nō faciet preiudicium ſucceſſoribus ſuis in rebus pauperū. Berſi.
¶ Not. primo ar. ꝙ pro ſcādalo euitādo debet qs ius ſuū indiſcuſſum dimittere.[a] et idē videť probare tex. qñ res recuperari ſine formali ſtrepitu. ſ. cōtentioſo iudicio non poteſt vt potius ſit contēnenda ꝙ in iudicio litigandū. Sed Inn. dicit qđ hoc fecit papa ex ſuperabūdanti iuſtitia: nā ꝛ ſi cū formali ſtrepitu hoc faceret non peccaret. Ego ħ fateor aperte quo ad ſtrepitū iudiciorū. ¶ † Nam ꝛ religioſi nō peccant ſi ius ſuū proſequunť in iudicio. lꝫ ſit honeſtū vt cōſtituant ſyndicū: vt leg. ꝛ no. in.c. vno. de ſyndico. ꝛ.c. cū deputati. de iudi. et v. qđ. iij.c. ſi. et probať apertius in omnib⁹ in.c. qđ debetur. xiiij. qđ. i. ¶ † Sed dubito circa tex. de duob⁹. Primo nunquid quis ſine peccato poſſit rem ſuā ſic repetere ſi ſine ſcādalo eam cōſequi nō poteſt ſeu valet. Scdo nūquid prelatus citra papam poſſit licite rem eccleſie vel pauperū nō repetere vt euitet anfractus iudiciorū ſicut videť hic papa feciſſe. ¶ Circa primū hic dicerem ꝙ aut timetur de ſcandalo circa perſonā rem noſtrā detinente ꝛ de iure ciuili nō eſt de tali ſcandalo curandum.[b] ¶ † Nā ſi non poteſt res aliter recuperari licitū eſt etiā occidere inuadentem. vt no. Bar. in l. furem. ff. de ſica. multofortius non eſt curandum de ſcādalo qđ aliunde poteſt ꝯtingere in perſonā illius illiciti detentoris. Et idem vř de iure canonico qñ non timetur cedes. ſed quid valde ſeuū et horribile. arg.c. de occidendis. xxiij. q. v. et in.c. ij. de homi. lib. vi. Si aūt tale qđ graue ꝛ horridū timereť nō conſulerē bono viro vt pro repetitione bonoꝝ tēporaliū tantum ſcādalum ſuſcitaret. ad hoc adduco ho. tex. in.c. ſuſcepimus. de ho. et vide qđ ibi not. et in.c. ij. de no. oper. nun. vbi ho. tex. ad materiā ꝛ vide per Innoc. in.c. ſi vero. el. i. de ſent. excōmu. fortius ergo debet abſtinere pro euitādo aliorum ſcandalo. vt in d.c. ij. dic vt ibi. ¶ † Quo ad ſcdm dicerē ꝙ ſi prelatus veriſimiliť arbitrať qđ ad tp̄s differēdo recupabit rē ſuā ſine litigio non peccat ſuperſedēdo. ar. hic. ꝛ ar. xxiij. q. viij. conuenior. et.c. qñ. xi. q. iij. hinc apoſtolus. Redimentes tēpus qñ dies mali ſunt: ſed vbi prelatus iſta veriſimiliter nō arbitrať puto ipſum peccare. qꝛ de negligētia conuinciť[c] que eſt peccatū mortale in prelato. vt not. gloſ. in.c. ea. de offi. archi. ꝛ facit.c. ſi quis abbas. xviij. q. ij. ꝛ videť pro hac ꝯcluſione tex. in.c. in canonib⁹. xvj. q. i. ꝛ.c. ſit rector. lxiij. diſ.

a ¶ Indiſcuſſum dimittere. Pondera qꝛ tex. hic dicit velle ꝛ ſic voluntarie ꝛ nō ex debito. And. Barb. Sebaſti. Sapia. 1
a ¶ Dimittere. Specialia inducta ad euitādum ſcandalum ponit Feli. hic qb⁹ addō 2 vnū qđ refert idē Fel. in.c. i. colum. vlti. ſ. de reſcrip. aliud quod ponit Jo. an. poſt Egi. in.c. de hoc. ſ. de ſimo. aliud qđ ponit Imol. l.c. omnia. ſ. de peni. ꝛ re b miſ. et d. Abb. in 3 c. dilectus. ſ. de exceſſ. prela. ꝛ aliud ponit Deci. i. l. ſi. colū. ij. in ſi. C. de edi. diui adri. tol. ꝛ multa de ſcādalo euitando ſcribit diuus Tho. ſcda ſcde. q. xliij. arti. i. ꝛ. iiij. ſentē. diſt. xxiiij. arti. vi.
b ¶ Scandalo curandum. Contra 4 iſtud facit dictuꝫ Inno. in.c. olim. de reſtit. ſpol. vbi dicit qđ licitū eſt recuperare rē ſuā vel equiualentem qñ nō poteſt con c ſequi illā in iudicio niſi eſſet ſcandalū. pro quo eſt

facit.c. expedit. xij. q. i. ꝛ.c. error cui non reſiſtitur.
5 lxxxiij. di. ¶ † Ultimo potes notare ibi vobis. et ibi poſt me. ꝙ papa loquiť vni in plurali et de ſe in ſingulari: et hoc fecit Grego. ex magna humilitate. hodie autē ꝓpter ſtylū curie tales licere p̄ſumerētur falſe: vt in.c. ꝙ graue. de cri. falſi. ¶ † Ue
6 nio ad gl. i. ꝛ. ij. ſunt faciles. Ultima colligit ꝙ taciturnitas prelati nō p̄iudicat ſucceſſori cōtra qđ immediate op. de.c. precedēti vbi patet ꝙ ex taciturnitate prelati inducitur preſcriptio. delictum enī prelati in omittēdo p̄iudicat eccleſie: vt no. in regula delictū. lib. vi. ꝛ hoc cōtrariū militat cōtra c tex. iſtū in quo papa dicit ꝙ taciturnitas ſua non nocebit alijs ſucceſſoribus. nam ꝛ contra papam in iurib⁹ romane eccleſie currit preſcriptio: licet requiratur cētenaria. vt. ſ.c. cum nobis. et in auť. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. Sol. metu cōtrarij iſte text. legiť varijs modis. Primo ſm gl. vt intelligať de preſcriptione non cōpleta nā cū ſola cētenaria currat contra eccleſiā romanā non poterat iſte papa tanto tēpore viuere: vt taciturnitas ſua eccleſie p̄iudicaret. ar. l. ſi. C. de ſac. ſanc. eccle. hec lec. eſt in ſe vera: ſꝫ nō cōgruit litere que in plurali dicit ꝙ non nocebit pontificibus futuris ꝛc. etiā ſi potuiſſet cōpleri in vita ſucceſſoris. Preterea hec lec. nullam cōtinet dubitationem. nam ſola taciturnitas etiam in rebus priuatorū nō nocet ante preſcriptionē completā: quia quis d nō preſumiť[d] cōſentire: vt. l. filiusfa. ꝙ. inuitus. ff. de procu. ꝛ. l. qui vas. ꝙ. vetare. ff. de fur. ꝛ. ſ. eo. per
7 totū. ¶ † Scdo legiť in gl. vt intelligať in rebus inuaſis quas iſta patricia violenter inuaſerat in quibus non currit preſcriptio allega. xvi. qđ. iij. lꝫ in regulis. Hec lec. eſt etiā in ſe vera: ſed ad ipſius intellectū aduerte. nam reſpectu occupātis nulla d eſt ſpecialitas ſaltē in iure canonico in violento: quia mala fides impedit preſcriptionē. ſ. eo. vigilanti. ꝛ.c. ſi. ſed reſpectu aliorū ſucceſſorū etiā ſingulariū violētia afficit rem inuaſam: vt ꝙtūcūꝙ habeat bonā fidem nō poſſit preſcribere propter vnū vitium reale: qđ ſequiť quēlibet poſſeſſorē: vt l. vitia. C. de acq. poſſ. ꝛ expreſſius inſti. de vſucap. ꝙ. furtiue. cū ſequē. ſed ille tex. loquitur de preſcriptione longi tēporis vel. x. vel. xx. annorū cum titulo que cōtra priuatū currit. ſecus in p̄ſcriptione longiſſimi tēporis: vt. xxx. vel. xl. ann. nā illa p̄cedit etiā in rebus inuaſis ſi ſucceſſor ſingularis fuit bone fidei ſucceſſor ꝛ a ſe vult incipere p̄ſcriptionē: vt no. gl. in. d. ꝙ. furtiue. pro hoc. l. ſicut. ꝛ. l.
8 omnes. C. de preſcrip. xxx. annorū. ¶ † Succeſſor vero vniuerſalis nō preſcribit de iure ciuili ſi defunctus habuit malā fidem etiā ſine violētia. vt. l. cum heres. ff. de diuer. ꝛ tēpo. preſcrip. qꝛ cenſetur eadē perſona cū defuncto: vt in auť. de iureiuran. a moriē. preſti. ſed de equitate canonica dicit Dy. in regula poſſeſſor. li. vi. ꝙ pōt preſcribere ex quo eſt bone fidei poſſeſſor et inchoata pſona ſua preſcriptionē per ea que leg. et no. ſ. eo. de quarta. ꝛ.c. cura. de iurepat. Licet poſſet iudicio meo dici qđ illa iura loquūtur in ſucceſſore qui nō cauſat ius ſuū a defuncto ſed a ſuperiore qui inueſtiuit eum de beneficio. hic enim nō cenſetur eadem perſona cum defuncto merito mala fides predeceſſoris nō nocet ſucceſſori. ſecus autē videtur in herede qui cauſat ius ſuū a defuncto ꝛ cenſetur eadem perſona cū defuncto ꝛ cū hoc ſit expreſſum de iure ciuili: vt. d. l. cū heres. nec habeamus cōtrariū de iure canonico ſtādū eſt iuri ciuili: vt in.c. i. de oper. no. nun. maxime quia heres tenetur exonerare animā defuncti qui fuit in mala fide: vt in.c. fin. de ſepul. et in.c. literis. de rap. ꝛ.c. a nobis. ij. de ſenten. excō. Et ad hoc forte non aduertit Dy. et per hec habes declaratā hanc ſcdam lectu. que minus ge
9 neraliter ponitur hic per glo. ꝛ doct. ¶ † Tertiū intellectū ſentit hic gloſ. prope finem. ꝙ per hanc proteſtationem quā facit hic papa fuit p̄ſcriptio patricie interrupta: nō tamē firmat pedes ſed videtur recedere ab ea in eo quod dicit ꝙ papa nō ſeruauit id qđ habetur in. l. ij. C. de anna. except. et. xvj. qđ. iij. ꝙ. poteſt. ibi enim dicitur qđ qui vult

glo. in.c. ius militare. i. diſ. ad. l. furem. rn̄de quia loquiť qñ ſine periculo ſuo non poterat illud facere vel dic qđ loquitur i fure nocturno: et ſic loquitur in caſu ſpeciali. Andr. Barb.
c ¶ Conuincitur. Iſtud eſt contra iſtū text. dū dicit velle. nā ſi ita eēt papa daret materiam peccandi qđ eſſe nō debet ꝛ vt euitetur negligentia. dico ꝙ dꝫ proteſtari ꝙ ꝓpter ſcandalū nō proſequitur rē eccleſie. Et ad iura in contrariū allegata. reſponde ꝙ limitātur propter ſcandalum euitādum: ꝛ reſtringūtur ſm diſtinctionem. gloſſ. in.c. ſi quis ſcandalizauerit. de regu. iu. Andr. Barba.
d ¶ Nō preſumiť. Tu pōdera quia imo nocet: qꝛ incepta cū prelato cōtinuantur in ſucceſſorē per id qđ habetur in. l. emilius. ff. de minori. l. cum fundus. ff. de fun. do. Andr. Barba.

preſcriptionē interrumpere debet adire iudicē et querelā exponere: ⁊ ſi nō poteſt illū habere adeat ep̄m et in ipſius defectu proteſtetur coram notario: et ſi nō eſt tabellionis vſus proteſtetur coram viris idoneis: alias autem non fit ciuiliter interruptio. Inno. vero ponit hic iſtas tres lec. ⁊ vltimā etiā approbat dicens ſpeciale in principe vt vnus princeps cōtra aliū p tales proteſtationes interrumpat p̄ſcriptionē cum non ſit alius coram quo ꝯueniat. arg. illius. l. ij. ⁊ qđ no. ſ. c. proxi. ⁊ ſic etiā tranſit Io. and. ⁊ approbant eā cōiter doc. ſequentes: ⁊ eſt ꝑfecto lec. notabilis ⁊ veriſſima in ſe habito reſpectu non ad verba ſed ad mentē illius. l. ij. non enim decet vt papa adeat epiſcopū loci cū ipſe ſit eo maior: ſed nō puto in alijs inferioribus ꝓcedere:ᵃ q: ſi poſſeſſor nō poteſt de facili cōueniri debet actor adire loci ep̄m qui eſt iudex in defectū preſidis prouincie. in auť. vt diffe. iudi. col. ix. nā iſte denūtiationesᵇ extraiudiciales nō conſtituūt quem in mala fideᶜ regulariter poſt vſucapionē incohoatā: vt leg. ⁊ no. in. l. pe. ff. p empt. no. Bar. l. naturaliter. ff. de vſuca. ⁊ Archi. in. §. pōt. xvi. q. iij. ⁊ glo. xxiij. q. iiij. ꝗ magnū. ſecus ſi fiat in prin. acquiſitionis. alleg. l. ſi fundus. C. de rei vendi. ⁊ no. in iuribus preallega. Et ſic debet intelligi glo. ſ. eo. ſi diligenti. puto tamen ꝙ in principibus ſuperiorem nō recognoſcentibus ſaltē de facto poterit dicta lec. Inno. obſeruari. Hec tamen lec. iudicio meo nō ꝯgruit iſti litere q̄ aperte preſupponit hanc patriciā potuiſſe in iudicio conueniri vt patet in text. ibi: nihil cū forali ſtrepitu ⁊c. Itē ſaltē erat ſub papa ſi nō recognoſcebat aliū ſuperiorē: vt dixi. ſ. c. proxi. no. Inno. in. c. licet ex ſuſcepto. de foro cōpe. qui poterit eſſe iudex ſuper rebus eccleſie vel pauperū. ij. q. vij. ſi quis erga. et no. ſ. de iudi. cū veniſſent. cū ergo remedium eſſet promptū non debet contra regulas iuris denuntiatio extraiudicialis interrūpere preſcriptionē

10 ſeu conſtituere quem in mala fide. ¶ † Quartam lectu. ponit hic do. Anto. ⁊ eſt not. intellectus ſm̄ eum vt intelligat̃ hec decre. in debitis vel reb⁹ legatis vel alias debitis pauperib⁹ incertis vt illis ex taciturnitate prelati vel executorū nō declarātiū ſeu procedentiū non preiudicet̃ ex quo legatū vel debitū non determinatur ad certū locū: quia pauperib⁹ non pōt imputari quare non agunt ex quo nō ſunt certi nec certificati. ad qđ inducit. l. j. C. de anna. except. et ſic dicit alias dixiſſe in q̄ōne facti quicquid dixerit Fede. ſuo conſi. cj. vbi dicit ꝙ ep̄o in vēditione rerū p incertis dat̃ ꝯditio ex. l. nulli. C. de epi. ⁊ cle. que ſpatio. xxx. ann. tollitur. C. de p̄ſcrip. xxx. an. l. ſicut. Nec ob. ſm̄ eū ꝙ eccleſie nō currat p̄ſcriptio niſi p̄ſcriptiones. xl. ann. vt ſ. eo. de quarta. q: in caſu predicto nō currūt eccleſijs vel reb⁹ eccleſiaſticis ſeu l debitis eccleſijs. nā hoc caſu nō cōpetūt actiōes ep̄o vt ep̄o: ſꝫ vt adminiſtratori ⁊ iconomo bonorū pauperū: vt. l. nulli. ⁊. l. ſi qs. C. de epi. ⁊ cle. ſm̄ Fede. ſed hec nō placēt do. Ant. vt ꝑdixi q: ſm̄ eū ex quo⁹ pauperes ſunt incerti negligētia epi vt executoris nō dꝫ nocere illis agere nō valētibus ſicut nec negligētia pr̄is adminiſtratoris nocet filio: vt. l. j. in fi. C. de anna. excep. Hec lec. d. Ant. ſi vera foret eſſet notabilis et ſingularis: ſed minime eā verā puto quinimo ꝯ eā dico eſſe caſum in. l. ſi. C. de ſa. ſan. eccl. vbi p̄ſcribitur ꝯ legatū factū p redimēdis captiuis: lꝫ captiui non eſſent expꝛ̃ſſi nec agere poſſent. et idē qñ legatū ſit pauperib⁹. ⁊ ibi not. in gl. in ṽ. captiuorū. ⁊ hoc q: vtroq̧ caſu cōpetit ep̄o vendicatio: vt dicit ibi gl. ⁊ ꝓbat̃ in. l. nulli. ⁊. l. ſi quis ad declinādam. C. de epi. ⁊ cle. et hoc qñ teſtator de executore ſibi nō ꝓuidit: vt in preallег. iurib⁹. alias executor vēdicat. Ad idē alle. tex. no. in auť. de eccle. ti. §. p tēporalib⁹. col. ix. vbi generalr̃ dꝛ qđ in exactione legatorum ⁊ hereditatū que ad pias cauſas relinquuntur habet locū dūtaxat preſcriptio. xl. anno. Certūq̧ eſt ꝙ id qđ relinquit̃ p̄ꝑis qualitercūq̧ dr̃ relictū ad pias cauſas: vt in. l. ſi quis titio. ff. de lega. ij. ⁊ ibi p Bar. ⁊ gl. Nec ob. ratio. d. Anto. qđ paupes ſunt incerti et ſic agere nō pñt. ¶ † Cape inſtantiā minor non poteſt eſſe in iudicio ſine curato. inſti. de cura. in princ. ⁊ tñ contra eum currit p̄ſcriptio ex negligentia vel defectu curatoris: vt in. l. ſicut. C. de preſcrip. xxx. an. facit. l. ſi. in fi. C. in qui. cau. in inte. reſt. nō eſt neceſ. Itē eccleſia tanq̄ corpus inanimatū agere nō poteſt. et tñ ex negligentia rectoris currit cōtra eā preſcriptio. ita dicendū eſt in ꝓpoſito licet paupes incerti non pñt agere: q: tñ habent adminiſtratorē legitimum. ſ. ep̄m ex eius negligētia currit preſcriptio.ᵈ vt in d. l. ſi. Nō ob. l. j. C. de anna. excep. quā pro ſe alleg. do. Ant. q: pater ibi poſſidet bona filij vt nō adminiſtrator filij ſed per vſumfructū quē habet in illis bonis vt ibi pꝫ. ⁊ ideo cū fili⁹ nō valeat agere illo tp̄e ſibi non currit p̄ſcriptio: ſicut in ſimili videmus in reb⁹ dotalib⁹ pro quib⁹ cōſtante matrimonio vxor agere non pōt. vt. l. doce ancillam. C. de rei vēd. ⁊ hoc q: maritus eſt quaſi dn̄s poſſidēs illa bona nō vt adminiſtrator vxoris ſed iure ſuo. ideo nō currit cōtra vxorē preſcriptio cōſtante matrimonio vt. l. in rebus. C. de iure do. etiam dico ꝙ cōtra dictū Fede. de quo etiā valde admiror in eo ꝙ dicit ꝙ in iſtis legatis incertis ſeu factis pauperibus currit cōtra ep̄m p̄ſcriptio. xxx. an. eſt de directo caſus rotūdus in. d. §. pro tēporalibus. vbi dicit̃ ꝙ in legatis ad pias cauſas nō currit minor preſcriptio quadragenaria. ad idem optime facit. l. ſi. C. de ſa. ſan. eccle. ibi enim exparant̃ legatū factū eccleſijs ⁊ pro redēptione captiuorūᵉ ſeu pauperibus quo ad p̄ſcriptionē inducendā. nā in vtroq̧ caſu illo tēpore ſtatuebat̃ terminus centū annorū. ex quo euidenter colligit̃ ꝙ hec actio nō regulatur ſm̄ alias actiōes. ⁊ in hoc fuit deceptus Feder. quia voluit iudicare in iſtis ſicut in alijs actionibus nō priuilegiatis ⁊ nimirū hec actio competēs pro legatis factis ad pias cauſas eſt priuilegiata. nā iura non minus fauent pauperibus q̄ eccleſijs: vt. d. l. ſi. nā et bona eccleſiarū dicunt̃ pauperū: vt in. c. ſi. xvi. q. j. et hoc ſm̄ intellectū gl. ⁊ propter pauperes alendos iubent̃ bona eccleſijs iam acquiſita vendi vt in. c. aurū bꝫ eccleſia. xij. q. ij. Et ꝓpter pauperes alendos principaliter fuerunt bona eccleſijs collata reſeruata q̄ olim in primitiua eccleſia diſtrahebātur: vt. l. c. vidētes. xij. q. j. ⁊ ex predicto. §. pro tēporalibus. et xvi. qđ. iiij. c. ſi. dico ꝙ hodie etiā in legatis factis eccleſijs currit p̄ſcriptio. xl. an. nec expectatur lapſus centū annorū. ⁊ ſic. l. ſi. C. de ſa. ſan. eccle. etiā in legatis eſt correcta licet gl. ibi videat̃ dubitare per auť. quas actiones. eo. tit. ⁊ ꝑdicta bene notabis. tene ergo alterā ex trib⁹ primis lect. nā papa iudicio meo nil noui voluit hic inducere: ſed fecit hanc denūtiationem ad cōfuſionem illius patritie ne crederet ꝙ taciturnitas pape ſibi prodeſſet in acquiſitione dominij: et ſic induceretur ad illa bona inuaſa vel occupata retinēda. Et qđ hoc ſit verū probo p tex. ibi: illud vos ſcire credimus ⁊c. que verba innuunt clariſſime ꝙ hec denuntiatio nil noui inducit ſed declarat ius antiquū. Et pro tertio intellectu quē firmat Innoc. vide in ſimili ho. tex. ⁊ qđ ibi not. Bart. in. l. de pupillo. §. ſi quis

12 ipſi pretori. ff. de noui ope. nun. † Vel dic ponēdo quintā lec. qđ in reb⁹ pauperū ſeu eccleſie ſola denūtiatio etiā poſt acquiſitionem conſtituit quem in mala fide: ⁊ ideo tex. hic nō ſine miniſterio dicit in rebus pauperum ⁊c. et eſt notabilis ⁊ ſingularis intellectus et multū ꝓbabilis. video enī ꝙ in petitiōe hereditatis eſt ſpecialis ſm̄ doc. in. c. grauis. ſ. de reſtit. ſpol. ⁊. ſ. c. proxi. vt is qui audit ſibi litē mouendā cōſtituat̃ in mala fide. et ꝓbat̃ in. l. item veniūt. ff. de peti. here. §. petitā. cū ſequē. fortius in rebus pauperū vel eccleſie talis denuntiatio debet nocere vt hic. nā credendū eſt huic denūtiationi vel ſaltē facit hominē vacillare cum non faciat pro priuato cōmodo: ſeu publico vel poſſumus dicere tenēdo intellectū quē tꝫ. d. Ant. in. c. grauis ꝑalle. ad. d. l. itē veniūt. vbi dicit illā procedere regulariter q̄ñcūq̧ quis poſſidet ſine titulo vt tunc denūtiatio conſtituat quē in mala fide: qđ eſt bñ notādū. ita dicamus in propoſito ꝙ cū iſta patritia

a ¶ Procedere. q: iſta erat res eccleſiaſtica et poterat conueniri laicus corā eccleſiaſtico. vt in. c. cum ſit. de foro compe. ideo potuit iſta proteſtatio fieri per iudicē cauſe. dꝫ conueniri q: poteſt eſſe iudex i cauſa eccleſie: vt no. ſ. c. ex parte. de verb. ſignifi. iſtud militat in inferiori eccleſiaſtico per dictū cap. ex parte. And. Barba.

Sebaſti. Sapia.

b ¶ Denuntiationes. Quomō hoc ꝓcedat declarat Imo. in repe. c. ſi. col. v. verſi. qualr̃ aūt probari poterit. et col. ix. in fi. ſ. eod. ⁊ Corne. in ꝯſil. l. incipiēte. in cauſa vertēte. col. vlti. in. ij. volumi. Alexan. in conſil. lxxxix. inci. excellētiſſimi iuriſconſulti. in. v. vol.

c ¶ Mala fide. tu pondera etiā q: nō fuit opus iſta ꝓteſtatione vt dicunt̃ q̄ ad illā. ⁊ quia erat in mala fide non erat opus ꝓteſtatione. idē quo ad ſucceſſorē niſi dicamus ꝙ hic eſt caſus quo ꝺ iure canonico mala fides predeceſſoris nō tranſit in ſucceſſorem. Andre. Barba.

Anto. Fran.

¶ An mala fides predeceſſoris noceat ſucceſſori. dicas ꝙ nocet vniuerſali ſucceſſori vt non preſcribat ſm̄ Bart. in. l. neratius. ff. de peti. here. ⁊ in. l. fin. C. cōmu. de vſuca. ⁊ vide Pan. de ca. in cōſil. xlviij. ⁊ in conſil. cexlviij. ⁊ p Alex. i ꝯſ. lxxxix. in. ij. parte. ⁊ i ꝯſi. lxxx. in. iiij. pte. et xcix. ⁊ plenius in l. pomponius. in §. j. ff. de acq. poſſ. vbi dicit hoc eſſe verū in mala fide vera non autem p̄ſumpta cauſata

11 ab errore iuris ꝑ gl. not. in. l. tutor. ff. de admin. tuto. nunquid autem noceat ſingulari ſucceſſori. vide Bal. in. l. ancille. C. de fur. ⁊ p Alexan. in conſil. iiij. l. ij. parte. ⁊ p eundem in. l. ex diuerſo. de rei ven. ⁊ an mala fides preceſſoris noceat ſucceſſori in beneficio habenti bonā fidem. vide Abb. in. c. iter. de iurepatro. ⁊ per Dy. in reg. iur. lib. vi.

d ¶ Currit preſcriptio. Pōdera gl. in. l. j. C. ꝺ ann. except. q̄ dicit ꝙ nō currit preſcriptio in eo qđ conſiſtit in voluntate alterius. And. barb.

Sebaſti. Sapia.

e ¶ Pro redemptione captiuorū. Ꝺ pauperes et miſerabiles pſone quo ad preſcriptionē gaudeant priuilegio eccleſie tenet. do. Iaſ. poſt Bald. in auť. quas actiōes. circa principiū. C. ꝺ ſacroſan. eccl. ⁊ in §. ex maleficijs. colū. ɡj. inſtitu. de actio.

patricia poſſideret ſine titulo merito hec denũtiatio preſer-
tim iterata habuerit interrumpere preſcriptionẽ etiã bona
fide incohoatam:maxime cũ ſit per ſuperiorẽ vt hic. et hoc eſt
iuris antiqui.ideo nihil de nouo hec decre. inducit cũ ratio
non põt dici iniqua propter admiſſionem cõſpiratorũ ſi nihil dixerũt
vel iudex illorum dicta nõ fuit ſecutus. Sꝫ dices tu qre mãdat nũc in
quiri ſi iudex fuerat illorum dicta ſecutus cũ pars non debeat amplius
audiri.ex quo tempore grauaminis.ſ.admiſſionis teſtiũ nõ ſuit appel
latum.debuit enim illud grauamen contra iuſtitiaꝫ partis tranſiſſe in
rem iudi.vt in.c.cum dilectus.de elec.et.c.ſignificauerunt.ſ.de teſti. So
lu.Hoſti.dicit qꝫ ideo:quia illud grauamen receptionis conſpiratorꝫ
potiſſime tangit ſententiam.magis enim grauatus fuit abbas circa
illum articulum in ſnie prolatione qꝫ in teſtium receptione. Et hodie
in hoc dic vt habet in.c.ſi. de appel.li.vi.vbi habet qꝫ ſi grauamẽ a quo
non fuit appellatũ tangit negotiũ principale poteſt in appellatione a
diffinitiua reuocari.ſecus ſi non preiudicat negotio principali de quo
18 dic vt habetur latius in cle.ſi.eo.titu. ¶ † Et ex his ſingulariter no.qꝫ
a exceptio[a] contra perſonas teſtiũ dicitur tangere negotiũ principale et
ſi non principaliter ſaltẽ per obliquum quia admiſſis teſtibus nõ ido
neis perit ipſum negotiũ.ad hoc gl.no.in.d.c.j.de excep.et in.c. ex par
te Ade.et in.c.ne teſtibus.ſ.de teſti.et hoc clare probatur hic. Nã in cau
ſa appellationis diſcutitur de hoc grauamine:licet ab eo nõ fuerit ap
pellatum in prima cauſa cum grauamen infligeretur. Et not.ſingula
19 riter hoc:quia neſcio quod alibi ita bene probetur. ¶ † Et probat hec
litera qꝫ admittitur diſcuſſio indignitatis teſtiũ in appellatione a diſ
finitiua:etiã ſi in prima cauſa fuit oppoſitum et iudice ad vlteriora pro
cedente non fuit appellatum et hoc ratione predicta:quia indirecte tan
git negotiũ principale.vnde iudex iterũ grauare videtur ſequendo il
20 lorum dicta in ſententie prolatione.et tene menti predicta. ¶ † Op.cõ
tra tex.in ſi.vbi dicitur qꝫ contra alios ab abbate hic potuerunt teſtes
b conſpiratores[b] admitti.hoc enim vr cõtra teſtimonium.ſ. de teſtibus
vbi dicitur qꝫ teſtes criminoſi ſunt repellendi a teſtimonio:ſed conſpi
ratores maxime peccant vt in.c.coniurationum.cũ duobus ſeq.xi.q.j.
ergo et.ad idem.c.per tuas.preal.de ſimo.vbi conſpiratores et capita
les inimici equiparantur et pari modo a teſtimonio repelluntur. ſolu.
gloſſ.ſi.quattuor modis. Primo qꝫ iſti fuerunt admiſſi vt de facto ſuo
deponerent.nam et ſecundo interrogantur de eorum facto in aliorum
defectum.iiij.q.iij.§.ſerui.ſi.reſponſo.dic tñ qꝫ non crederet eis ad ple
num in aliorũ preiudiciũ.ad hoc qd leg.et no.in.c.j.de confeſ. ¶ Secun
do ſoluit qꝫ iſti conſpiratores poſſunt contra alios admitti nõ ad ple
nã fidẽ ſed ad pſumptionẽ faciendã vel ad iudicis informationem ſm

Io.an.e eſt ſimile in.d.c.j. de confeſſis. ¶ Tertio
ſoluit qꝫ vꝫ iſtorũ dictũ ꝯ illos q eos tolerauerũt
arg.in.c.nulli.ſ.de accu.hoc non placet Io. and.
quia illud ſpeciale in epiſcopo:vt ibi not. et.ij.qd.
vij.in hoc. ¶ Quarto ſoluit qd hoc non conſtabat
tempore depoſitionis illos fuiſſe conſpiratores:
vt in fine litere dicitur. hec ſol.non videtur ſuffi
ciens:qꝛ litera vtitur verbo pſertim:quaſi dicat qꝫ
idem ſi cõſtitiſſet. Preterea text.expreſſe dicit qd
tales poſſunt contra alios admitti. ¶ Quinto ex
tra glo.ſoluit Innoc.qꝫ ſi alij obiecꝫiſſent hoc cri
men cõſpirationis fuiſſent repulſi.ſed hoc nullus
preter abbatem obijciebat:ideo a ſolius abbatis
21 nocumento excluduntur. ¶ † Hec ſol.poteſt admit
ti ſi delictum teſtium erat incognitum:alias iudex
ex officio ſuo debet repellere indignos.ij.q.vj. in
22 quirendũ.iuncta gl.j. ¶ † Sexto ſoluit idẽ Inno.
qꝫ text.poteſt intelligi de his qui conſpirauerunt
contra abbatem in bonuꝫ. puta vt reficerent ſibi
male alienanti vel aliquid ſimile.iſti enim non de
bent admitti contra eũ contra quem conſpirant:
qꝛ non ſolũ inimici dicunt vt repellantur a teſti
monio qui odiunt mente.ſed etiam hi qui ſine mẽ
tis odio habẽt vel habere preſumunt cauſas ini
micitie.vt.iij.q.v.cũ tribus ſeq.ſed cõtra alios be
ne admittunt.quia non peccant nec preſumuntur
contra alios habere inimicitie cauſam.qd eſt ſin
gulariter notandũ.et vide qd not.in.c. exhibita.ſ.
de iudi. ¶ Septimo ſoluit Hoſtiẽ.qꝫ id quod hic
dicitur procedit cum ſit generalis inquiſitio: tũc
enim non eſt locus ſubtilitatibus iſtis: maxime
quo ad illos qui debent penitentiã agere quo ca
ſu nec forſan locus eſt ſm euꝫ illi forme que tradit
de accu.qualiter et qñ.ij.§.debet.lꝫ abbas qui ſpe
cialiter expreſſus erat:et ab adminiſtratione remo
uendus de hoc cõqueri potuiſſet. Et no.bene hãc
ſolu.que ſatis mihi placet.nam cum agit ad peni
tentiam non requiruntur probationes ita diluci
de.de quo vide quod not.gloſſ.in.c. multi.ij.q.j.[a] et a
quod dixi in.c.at clerici.ſ.de iud.et de modo proce
dendi contra religioſos dixi in.c.cum contingat.
de fo.compe.et in repet.c.ſi quis contra clericum.
eod.titu. ¶ Octauo ſoluit Goff. quod ſpeciale eſt
quod tales recipiantur hic:quia que fiunt in ca
pitulo per alios ſciri non poſſunt.ſ. de teſtibus.
veniens.ſicut ea q̃ fiunt domi indagãtur a dome
ſticis.l.cõſenſu.§.de repu.et ideo quales inueniun b
tur tales recipiuntur quelibet iſtarum ſolutio
num eſt bona et moderata: vt.ſ.vnde eas coniun
c gendo dicit hic do.Anto.qꝫ conſpirator[c] in bonuꝫ
repellitur a teſtimonio contra prelatum non con
tra capitulum vel alios.conſpirator in malum re
pellitur a teſtimonio contra illum contra quẽ cõ
ſpiratur cõtra alios ſi nõ opponatur admittitur
ſi opponatur admittitur in generali inquiſitione
et cõtra infamatum:vbi agitur ad penitentiã.con
tra nõ infamatum admittitur in iudiciũ ad infor
mationem vel qualẽqualẽ preſumptionem ad pe
23 nam non vbi poſſunt alij teſtes haberi. ¶ † Ubi
alij non poſſunt haberi admittuntur:ſed quanta
fides detur relinquendum eſt arbitrio iudicis.et
vide ad materiam quod leg.et not.in.d.c. per tuas
de ſimo.et quod dixi in.d.c.ex parte Ade. de teſti.
dico enim breuiter qd iſti conſpiratores omnino
ſunt repellendi et a principio contra illum contra
quem cõſpirauerant etiam ſi agatur per viam in c
quiſitionis.tex.eſt not. in.d.c.per tuas.cõtra alios
vero admittuntur ſi erant conſpiratores ex bona
cauſa:ſi ex mala admittũtur et repellunt creditur
parum vel plus ſm qualitatem perſonaruꝫ preiu
dicij et neceſſitatem probandi prout de alijs cri
minoſis in iure diſponitur de quibus plene dixi
in.d.c.ex parte. et dic vt ibi.et.d.c.j.de confeſ. vbi
24 etiam plene dixi. ¶ † Nunc extra gloſſ.oppo.con
tra text.in eo quod iſti regulares pro ſe et ex parte
quorundã conſociorũ denuntiauerunt proprium
abbatem apud romanum pontificem.vt in princ.
litere dicitur. videtur enim quod regulares non
poſſunt conſtituere procuratores tanqꝫ ſingula
res perſone nec procuratores conſtitui ſaltem ſi
ne abbatis licentia. Primum probatur quia non

Sebaſti. Sapia.
¶ Exceptio. Ui
de Feli.i.c.j. co.j.
vñ. dum dt gl.h.
vbi dicit qꝫ exce
ptio in pſonas te
ſtiũ regulatur vt
peremptoria:tal
legat Abb.hic.
¶ Qñ ꝯſpirator
admittat ad te
ſtificandũ et adde
h Inno. in.c.j.de
ſchiſmaticis.
¶ Adde old. ꝯſ.
cclxxviij.et.cxlv.
Zacharias.
¶ Adde Spe.in
ti.de teſti.§.j.vñ.
itẽ qꝫ eſt ꝯſpira
tor.et l ti.de accu.
§.iij.v.videndum.
Bal.i.c. ꝯuẽticu
las.col.j.not.j.de
pace iura.fir.i vſ.
feu.et car.i ele.j.§.
qñ vo.de ſta.mo.
Sebaſti. Sapia.
¶ Conſpirator.
Qñ ꝯſpiratores
repellunt a teſti
monio vid arc.in
c. qñ et qñ.j.in.ij.
colũ.ſ.de accu.et
old.i ꝯſi.cclxviij.
inci.lꝫ quantũad
clauſtrales.

n ¶ Ubicūq; monach⁹ pōt ꝓpria autoꝛitate agere pōt ēt ꝓpria autoꝛitate p aliū lr̄as īpetrare ⁊ ad eas ſas illas ꝓcuratoꝛē ꝯſtituere vt hēt p d. Ant.in ij.colū.cir.med.⁊ hāc eandē doctrinā tradit gloſ. in vbo ꝯſtituere.in cle.religioſus.de ꝓcur.⁊ p h̄ facit qd̄ no.d. Ant.in c.edoceri.i p̄n.in vi.col.de reſcrip. Itē ad h̄ facit q: in caſibus in qb⁹ minoꝛ hꝫ legitimā pſonā ſtandi ī iudicio his caſibus pōt ꝓcuratoꝛē ꝓpria autoꝛitate cōſtituere vt eſt tex.l.c.ex pte. de reſti.ſpo.⁊ hāc ptē tꝫ h.d.Ant.ī prin.in.viij. col.⁊ Jmo.i.d.cle. religioſus.ſuper illa gl.i ver.ꝯſtituere ⁊ Bar.i.l.ēt ex pterito.§. abſens. ff.d ma.vin.q al'.le.l.diu⁹.ff.q pe.tu.⁊ idē dicit barto.in.l.neq; tutores.C.de ꝓcur.⁊ vide pro iſta doctrina quod not. Cy.⁊ bal.i.l.exigēdi.C.de ꝓcu.et q his caſib⁹ poſſit ꝓcuratoꝛē cōſtituere tꝫ Bar.⁊ Ja. d are.i.l.ſi ex legati cā.ff.de v. ob.⁊ alle.ad h̄ gl. in.l.ij.ff.q pe.tu. quā vid ⁊ alle.no. i.l.iij.§.i.ff.rē ra.ba.pro q̄ opti.facit qd̄ no.ſpe.i ti. de ꝓcura.§. rōne quoq; ꝯſtituētis in.i.col.ver.itē q ꝯſtitut⁹ eſt. Item add q his caſib⁹ qb⁹ ꝯiuncta pſona pōt agere ꝓ cōiuncta his ēt pōt ꝯſtituere ꝓcuratoꝛē ēt aſi lit.ꝯte. iſte eſt caſus no.l c.accedēs.l ſi.tbi procuratoꝛē mittas q ad agendū ⁊ rn̄dēdū ⁊c.s.de ꝓcur.ſꝫ poſſet rn̄deri q ille tex.nō dicit q cōiuncta pſona conſtituat ꝓcuratoꝛē. ſꝫ dū tex.dicit q mittas ꝓcuratoꝛē intelligat.ſ. ꝯſtitutū ab ipſo filio q ꝯxit ſponſalia.⁊

habent velle vel nolle:ſed eoꝝ voluntas vel noluntas dependet a ſuperioꝛis iudicio vt in.c.ſi religioſus.de elec.lib.vi.⁊ in.c.ij.de teſta.eod.lib.⁊.ij.q.i.c. non dicatis.Secundum probaſ in.c.ij.de poſtu.et xvi.q.i.monachi.vbi probaſ qd̄ monachus vel canonicus regularis non pōt ꝓcuratoꝛ cōſtitui niſi pro vtilitate monaſterij ⁊ abbate nihilominus īperante.Sol.hinc ſumpta occaſione Innoc.ſatis egregie tractat hic materiam iſtā permixtim.Sꝫ ego pro clarioꝛi intelligentia diuido dicta ſua in duas partes.In pria tractabimus an religioſus poſſit ꝓcuratoꝛē cōſtituere noīe proprio. In ſcđa an ⁊ qn̄ poſſit ꝓcuratoꝛ conſtitui. ¶ Circa primū dicit hic Inno.qd̄ in cauſis quas religioſi habēt ſeu habere pn̄t noīe proprio pn̄t cōſtituere ꝓcuratorem in illis ēt procurare noīe proprio.exemplū pōt in multis cōſtitui:vtputa ſi fiat inquiſitio contra ipſos vel inquiſitionē ꝓmouerunt cōtra prelatum.vt hic.⁊.j.c.pe.de accu.vel ſi agant de ꝓpria electione:vtputa ſi fuerant electi ad prelaturā proprie eccleſie vel aliene:⁊ electioni iam cōſenſerunt de licētia abbatis.ad hoc.c.cū dilectus.de ꝯſue.et
25 c.cū dilectꝰ.de reſcri.⁊.j.eo.ad ꝓbandū. ¶ † Itē cū accuſant propriū prelatū.quo caſu debent habere expenſas a monaſterio.vt in.c.ex parte.et.c. pe.de accu.Et circa h̄ ꝯcludit Inn.regulā q vbicūq; iꝫ monacho agere lꝫ ei p alium literas impetrare ⁊ eam proſequi.ad hoc.s̄.de excep.dilecti.in prin.Firmat ⁊ aliā regulā magis generalē dicēs
a q is cui permittiſ p ſe agere pōt procuratoꝛē conſtituere p.l.i.ff.de procu.Et preſertim hoc ꝓcedit in religioſo qui a melius eſt vt religioſus agat per aliū q̄ p ſeipſum: vt in.c.vno.s̄.de ſyndi.et predi-
26 cta notabis. ¶ † Ex qbus infero qd̄ vbicūq; religioſus hꝫ legitimā pſonā ſtandi.in iudicio vt in caſibus ſibi a iure permiſſis: in illis libellū ꝓprio noīe poteſt ꝯficere ſiue agat ſiue ꝯueniaſ.ad qd̄ allego ho.tex.in.c.dudū.de cōuer.coniug.vbi ſentētia abſolutoꝛia fuit concepta in pſona monialis. Idē ibi dicit Jo.and. in cōdēnatoꝛia qn̄ executio non pōt fieri in bonis monaſterij: vtputa q: obligatio directe concernit pſonam monachi.xxvij.q.
27 i.ſi qua monacha.⁊.xvi.qd̄.vi.de lapſis. ¶ † Quid aūt ſi executio eſſet fienda in bonis:vtputa qi monachus cōueniſ ex facto geſto añ monachatum et bona monachi tranſiuerunt in monaſteriū vel ex facto geſto poſt monachatū in caſu quo obligatur monaſteriū iuxta not.p Inno.in.c.cū olim.de priui.vbi vide ⁊ p glo.⁊ doct.in.d.c.ex parte.de accu. ⁊ p Archi.in.c.vt piculoſa.ne cleri.vel mona.lib. vi.plenius p gl.⁊ Bal.in auſ.cauſa que fit cū monacho.C.de epi.⁊ cleri.Et concludit q ſi agaſ contra monachū ex obligatione orta ante monachatum debet narratio facti cōcipi in perſonā monachi:quia cū eo negotiū geſtum eſt.Itē qn̄ obligatio conſiſtit in perſonam monachi : q: non potuit per ingreſſum monaſterij ſe ab obligatione liberare.argu.opt. in.d.auſ.cauſa que fit cū monacho ſꝫ monaſteriū teneſ tanq̄ procuratoꝛ in rem ſuaꝫ arg.inſtitu.de acquiſi.p arrog.in ſi.not. Bal.in.d. auſ.cauſa.ſed concluſio libelli ⁊ ſnia cōdemnatoria debent referri in monaſteriū.qd̄ tenet Jo.an. in.d.c.dudū.⁊ multi alij in.d.auſ.cauſa. Sed alij contra.Bal.ibi conſuluit q feraſ in pſonā vtriuſq;.q ſatis placet arg.coꝛū que not.in.c.querelam de elec.facit optime qd̄ not.Inno.ſuper rubꝛi.de obliga.ad ratio.vbi dicit q ſi obligatus alicui intrat monaſteriū ⁊ non habeat in bonis vnde ſatiſfaciat q ſcribendo vel aliud honeſtū opus faciendo ſalua honeſtate regule ille ſuo creditoꝛi ſatiſfaciat quod not.Primo ergo executio fieri debet in bonis ſi qua ꝓuenerūt ad monaſterium.Secundo prouidebiſ i defectū modo predicto in pſonaꝫ monachi:ex quo euidenter colligitur q obligatio re-
28 manſit in perſonam monachi. ¶ † Scđo caſu p̄ncipali cū agiſ ex facto geſto poſt monachatum dic q obligatur monaſteriū ⁊ cōtra illud eſt agendū: qd̄ tn̄ eſt intelligendū vt no.Inno. in.d.c.cū olim. ⁊ no.in.d.c.vt periculoſa.⁊ in.c. qd̄ quibuſdam.de fideiuſſo.⁊ hoc quo ad primum principale dictuꝫ.

29 ¶ † Quo ad ſecundū an religioſus poſſit procurator ꝯſtitui.ꝯcludit hic Inno.q p vtilitate monaſterij ⁊ abbate impetrāte pōt indubie.vt in iuri
b bus.s̄.alleg.Dubiū eſt⁹ nunquid poſſit eſſe p vtilitate abbatis vt ſi ſit accuſatus vel contra euꝫ inquiritur.⁊ cōcludit q ſic.⁊ ideꝫ dicit in alijs negotijs abbatis: vt in electione ipſius ⁊ ſimilibus q: in hoc vertitur vtilitas monaſterij: vt bonus abbas ei preficiaſ ⁊ prefectus defendatur.qd̄ no. per
c hanc rationē.idē dicit Inn.ᵃ vt poſſit cōſtitui pro laico patrono vel pꝛīcipe vel magno defenſoꝛe ſiue vtili amico monaſterij.Nam ep̄o vꝰ hoc officiū procuratoꝛis interdicendum magis q̄ monacho v.q.iij.quia epi.⁊.ix.q.iij.cuꝫ ſcimus.⁊ tn̄ archiep̄s fuit procuratoꝛ pro quodā dn̄o laico: vt habeſ i.c. per venerabilem.qui ſi.ſint legi.multo ergo fortius in predictis caſibus eſt monachus admittendus cum verſetur vtilitas monaſterij ꝓmouendo cām magni dn̄i vel amici monaſterij:⁊ ſi is cōtra quem cōſtituiſ excipiat q in hoc nō vertitur vtilitas monaſterij replicabitur ſm̄ Innoc.q non ſpectat ad ipſum de hoc inquirere vel ſcire:poſſent em̄ tales eſſe:⁊ ita occulte vtilitates monaſterij qd̄ non expediret:imo officeret ipſas omnib⁹ eſſe notas.ſed cōuentus ad quē pertinet ſcire ⁊ tractare vtilitatē monaſterij vel etiā ipſe monachus q cōſtituiſ poſſet cōtradicere ex hac cā. Itē ⁊ de mandato epi poteſt monachus cōſtitui procuratoꝛ ſm̄ Inno.alle. xvi.q.i.qui vere.qd̄ intellige p vtilitate cōi et publica eccleſiarū:de quo tn̄ dic vt not.per Innoc.et alios in.c.i.de ſta.re.quinimo plus dicit Inno. qd̄ etiā contra voluntatē epi ⁊ abbatis poſſunt monachi denuntiare malum prelatū ⁊ ad hoc procuratores conſtituere:vt hic ptꝫ.⁊.ij.q.vij. quapꝛopter quinimo ꝓ proſecutione cuiuſlibet negotij:in quo plures monachi agendo vel defendendo admittūtur poſſunt vnus vel plures ex his pro ſe negotiū proſequi et etiam conſtitui procuratores ab alijs nomine eoꝛundem:vt hic not.probatur ſm̄ Inn. ⁊ bene.j.eodem.de accuſa. cum olim.⁊ allegat ad hoc ho.tex.apertum iuncta gloſſ.in ver.conſoꝛte.
30 in clementina.religioſus.de procura. ¶ † Nec obſtat predictis ſm̄ Innocen.d.c.non dicatis.vbi dicitur q nec literas debet recipere monachus ſine licentia ſuperioꝛis qd̄ intelligitur de literis quātumcūq; priuatus ⁊ amicabilibus ſibi miſſis : vt ibi not.ergo fortius hoc idem dicendū in procuratorijs.Ad hoc enim reſpondeſ q premiſſa cōcluſio procedit qn̄ vertitur vtilitas monaſterij: et in caſibus ſibi a iure permiſſis contrariū vero procedit regulariter et pro vtilitate propria.qd̄ eſt notādum. Ex predictis ſume multas notabiles limitationes ad.c.ij.de poſtu.maxime quatenus ibi fit mentio de vtilitate monaſterij:vt ſic illud verbum ſumatur valde late.⁊ ex hac ſignificatione ſic late ſumpta dixit Hoſti.in.c.ex reſcripto.de iureiurā. q ex abbatis permiſſione poteſt monachus deputari ad tps ad ſeruitiū alicuius prelati vel magnatis:quia hoc fit ſine vtilitate monaſterij cū per illum negotium monaſterij promoueatur ſicut als de clerico ſeculari:vt in.c.cuꝫ dilectus.de clericis non reſiden.ad hoc alleg.tex.cum glo.in.c.cū paſtoꝛalis.ij.q.vij.

1 ☞ Iniuria fit alicui ēt ſi ei dicis veritatē dūmō animo iniuriādi dicas:de quo.j.nu.26.
2 Actio iniuriarū ſiue intenteſ ciuiliter ſiue criminaliter infamat aliquē iꝫ aliquo reſpectu talis īfamia poſſit vitari.3.4.5.
3 Procuratoꝛ nō pōt interuenire in cā corpoꝛali.
Pro iniuria poteſt aliquo caſu inferri pena corpoꝛalis.24.
6 Actio iniuriarū an cōpetat p modica iniuria.
Condemnatus pro modica iniuria an efficiatur infamis.8.
7 Delicta quātūcūq; parua ſunt punienda.
Cōtumacia tāto maioꝛ eſt quāto ex minoꝛi delicto inſurgit ⁊ quare.
9 Infamia facti eſt illa q̄ obuenit ex cōi boīm oblocutione que nō pōt aboleri niſi cōtrario facto: veꝫ q contrarium dicatur.

addē q p doctrina.s̄.tradita de minoꝛe eſt caſus i c.ſi annū.l p̄nc.ij. col.de iudi.l.vi.⁊ all.tex.ibi p bar. l.l.diu⁹.v.ſi qdeꝫ ff.qui pe.tu.⁊ ad idē vide lap.alle. glix.in viti.col.et bar.i.l.i.l p̄n.cir. me.dū loqtur de ſeruo.ff.de ꝓcur. ⁊ Sebaſti. Sapia.
b ¶ Dubiū eſt.vide Semi.poſt archi. in.c. null⁹.ij. ij.q.ix.vbi idem tꝫ dūmō fiat de mādato epi.et tꝫ Jmo.l cle.⁊ ſi p̄ncipalis.co.xij. de reſcri.⁊ Ro.l fin. cclxxiiij.inci. monachus nō pōt.
¶ Et illud dictū Inn.ſeqſ.d.ant. l.c.p venerabilē.l iij.col.q ſi.ſint legi.⁊ l.c.ex pte.de iureiur.⁊ l.c.i.de ſyndi.in vi. col.⁊ l.c.cū.M.ferra.l xij.col.de ꝯſtitut. et Jmo. poſt do. Ant.l cle.⁊ ſi p̄ncipalis.in.ix.col. in ſi.de reſcri.⁊ ſequiſ arch.l.c.nulius.ij.q.vij. Sꝫ ꝫ h̄ fortiter vigiq no. Jo. an.l.c.ij.l ſi.de poſtu.vbi tꝫ q ad h̄ vt monachus poſſit eē ꝓcuratoꝛ nō ſufficit q ſecundario adſit vtilitas monaſterij:ſꝫ opꝫ q adſit principalr. Itē adde h̄ do.d ro.in antiq decī ſio.xxxiij.⁊ in nouiſ.dci.cclxvi. itē vide do.in.c. quāuis.l.ſi.col.ver.ſꝫ qd ſi eē ꝯſtitutus de procu.in.vi.
¶ Adde an religioſus poſſit ꝓcura. cōſtitui do. Cardi.ꝯſ. lxvi.⁊ quid de clerico p Fede.ꝯſ. cclxx.⁊ p Ro. conſil.ccclxxxij.

10 Papa pōt reſtituere fame tam laicos ꝙ̄ clericos ſibi ſubiectos alios vero non.
Degradatus ⁊ depoſitus pōt ꝑ papā reſtitui. ⁊ cō ſtat qḋ ex hoc eſt effectus infamis.
Papa nō legitimat alteri ſuppoſitum.
11 Legitimare ⁊ fame reſtituere ꝓcedūt a pari.
12 Collegium cardinalium vtrum poſſit aliquē fame reſtituere.
Cardinales in titulis eorum habent iuriſditionē quaſi epiſcopalem alias nullam habent iuriſditionem.
13 Cardinales ſede vacante nil poſſunt exercere de ſpectantibus ad papam.
14 Epī an poſſint aliquē fame reſtituere.
Epī diſpēſant a votis iuramētis ⁊ fidelitatibus ⁊ huiuſmodi.
Eps nō diſpenſat cū patiente defectū in natalibꝰ quo ad ordines.
Criminoſus cū quo eſt diſpēſatū pōt teſtificari in omni cauſa ⁊ quemlibet accuſare: ſi vero nō eſt diſpenſatus non.
16 Reſtituere fame nō pñt prelati inferiores epō.
17 Imperator pōt iperio ſuo ſubiectos fame reſtituere ⁊ taliter reſtituti citra aliā diſpēſationē poſſunt ꝓmoueri ad ſacros ordines.
18 Senatus romanus nō pōt hodie fame reſtituere: q2 apud eū nulla iuriſditio remāſit.
19 Principes ⁊ ciuitates nō recognoſcētes ſuperiorem: poſſunt fame reſtituere.
Ciuitates nō recognoſcentes ſuperiorem habent tantam poteſtatem in ſe: quantā habet imperator in vniuerſo.
20 Infamis ex forma alicuius ſtatuti pōt reſtitui fame ꝑ ꝓncipes ⁊ ciuitates ſup̄iorē recognoſcētes.
21 Preſcriptio: qua ꝓſcribūtur reſeruata ꝓncipi requirit tp̄s de cuius initio nō eſt memoria.
22 Reſtituere fame nō poſſunt iferiores ꝓncipes niſi in quandam cōſequentiam.
23 Actio iniuriarū intentatur ciuiliter ad pecuniariā eſtimationē ſm iuramentū iniuriati ſm formā hic traditā. ſecuta tū taxatione iudicis.
24 Actio iniuriarū ſi eſt intentata ciuiliter: non pōt vlterius criminaliter intentari.
25 Dicentes adinuicem iniuriam: poteſt alter alterū accuſare.
Delicta paria mutua compenſatione tolluntur quando agitur ciuiliter: ſecus ſi criminaliter.
27 Dicere alicui tu es baſtardus animo iniuriandi eſt verbum iniurioſum. 28.
29 Animus an fuerit bonus vel malus iudicatur per circunſtantias et indicia.
30 Libellum famoſuz ſi qs repererit: ⁊ in eo cōtenta propalauerit: grauiter punitur.

Cum te. [a] Dānatus in actione iniuriaꝝ infamis eſt et ꝑ papam pōt fame reſtitui. Ita cōiter ſummat. ⁊ procedit hec ſummatio ſm vnū intellectū quē glo. nō ſequit. ſ3 ſm ꝙ gl. intelligit ſummo ſic. Damnatus pro nulla vel modica iniuria infamis nō efficit. Que aūt iſtarū lecturarum ſit verior [b]. j. ſubijciaz cū glo. ij. Diuiditur in duas partes. In pria ponit petitio. In ſcd̄a eius examinatio vel rnſio. ibi: nos autē. ¶ Caſus literalis. H. de caſtro Guartinis. B. habuerunt inter ſe verba iniurioſa ita quod. H. dixit ipſi. B. quod equus ſuus nō erat minoris valoris ꝙ̄ capilli ipſius. B. quare ipſe. B. cōuenit. H. actione iniuriarum. iudices quidē qui ſup hoc cognoſcebant: condēnarūt dictū. H. in decez ſolidis. vn̄ ipſe timens ne ꝑ dictā ſnīam notaret infamia petijt a dn̄o papa beneficiū reſtitutionis ad famā. papa vero cōſiderans ꝙ nulla vel modica ſibi fuerit facta iniuria: vult ipſum. H. per dictam ſnīam infamia non notari. Ber. ¶ † Not. j. ꝙ l3 quis dicat verum: ex quo tū iniuriandi aīo dicit tenet actione iniuriarum. nā equus ꝙ̄ꝙ̄ viliſſimus non eſt veriſimile ꝙ ſit minoris pretij ꝙ̄ capilli alicuius: ſ3 q2 hoc illi iproperauit aīo iniuriādi tenet de iniuria ⁊ gn̄aliter cū querit an dicens alicui cōuitiū qḋ eſt in ſe verū teneat actione iniuriarū: dic vt. j. pleniſſime

a ¶ Pro itellectu huius decre. vid Bart. i. l. infamē. ff. de pub. iudi.
b ¶ Sit verior. no. qḋ itellectꝰ q pl3 Hoſt. violat literam ideo altꝰ intellectus videt verior nec ob. ꝙ rnſio d3 ꝯuenire: q2 ille ſi petebat ſim plr ſe reſtitui: ſ3 timēs eē notatꝰ ſ3 nō affirmabat ſe notatum. q. d. ego timeo nō eſſe notatꝰ: q2 iſta iniuria fuit nulla vel modica tenēdo aliū itellectū iſte tex. ꝓbaret ꝙ ſnīa nulla infamaret qḋ nō ē dicēdū. ⁊ an cācellatio bāni reſtituat famā. vid bal. i. l. gn̄alr. C. de ſent. paſ. And. barba.
c ¶ Nō efficit. vid Bal. in eo. c. in. §. iiuria de dānato de leui iniuria. Andre. Barba.
Sebaſti. Sapia.
d ¶ Procedere. vide Bal. i. l. nihil. poſt mediū. C. de ꝓcura. ⁊ Bal. i. l. eos. §. ſuper his. v. ex no. C. de ap. ⁊ in. l. ſi. C. de iiu.
e ¶ Penā mortis. adde an ꝓcu. poſſit iteruenire cuz pena eſt arbitraria: Pe. de anch. ꝯſ. cclxxij. ⁊ an iudex poſſit arbitrari penā corporalem per Alex. ꝯſ. cxi. ij. lib. Anto. Franc.
¶ Circa h qḋ h a d̄r an iudex poſſit arbitrari penā corporalez qñ pena eſt collata i arbitriū iudicis dicas ꝙ pōt iponi etiā pena mortis qñ ꝓ ſimilibꝰ delictis ꝯſueuit iponi ſm do. Ant. et Jo. de imo. i. c. de cauſis. de offi. dele. et vide. d. Car. Abb. ⁊ Imo. i. c. ex lr̄is. de reſcri. ⁊ Jo. de imol. i. l. ij. ff. de pub. iudi. ⁊ Bal. i. l. ⁊ ſi ſeuerior. i. ij. col. C. de infa. ⁊ an ⁊ qñ in arbitrarijs poſſit iudex arbitrari penam mortis vide Bal. in. c. i. §. iniuria. de pa. iu. fir. vbi dicit ꝙ

dicā in vlti. q. ¶ No. ij. ꝙ l3 actio iniuriarū ſit priuati iuris. vt. l. ſi. C. de iniur. tū irrogat infamiam ꝯdēnato: vt hic. ⁊. l. j. de his q not. infa. ⁊ ibi habentur multa de qbus quis dānatus efficit infamis. Et ſcias ꝙ infamia iuris qñqȝ irrogatur ex gn̄e delicti per ſnīaz declarati. qñqȝ ex gn̄e pene. qñqȝ ipſo facto. ſ. ex gn̄e facti. qḋ ꝓſequere vt legi. ⁊ not. iij. q. vij. §. porro infamia. alia non colligo: quia ve
2 niūt. j. diſcutienda. ¶ † Quero nūc an actio iniuriarum infamet ſiue agat criminaliter ſiue ciuiliter. Glo. j. not. dicit ꝙ ſic alle. l. athletas. in ſi. ff. de his q not. infa. Iſte tū tex. aperte hoc nō ꝓbat. ibi eñ ſolū d2 ꝙ dānatꝰ furti vi bo. rap. ⁊ iniuriarum de dolo malo ſuo nole pactuſve fuit efficitur infamis. ⁊ ſic non attingit ſpecifice caſum qñ agit ciuiliter. docto. tū ſimpliciter hic trāſeunt cū glo. Sed tu habes glo. in cōtrariū. in. c. at ſi clerici. de iu. in verbo a non ſuo iudice. prope ſi. q̄ tenet cōtrariuz dicens generaliter ꝙ dānatus de crimine infamie euitat infamiā ſi agitur ciuiliter. ſed primū dictū ſentit glo. in. c. multi. ij. q. j. ⁊ tenet glo. ⁊ Barto. in l. infamē. ff. de pub. iud. vbi plus dicit qḋ etiam in crimine publico efficit quis infamis: l3 actum ſit ciuiliter. ſatis eñ eſt ꝙ habeat cauſam publici iudicij. quod ſingulariter not. ⁊ pro glo. noſtra facit q2 iura ſimplr dicūt ꝙ dānatus in actione iniuriarum efficitur infamis. l. j. ⁊. d. l. athletas. de his qui not. infa. ergo indiſtincte intelligi debēt. de ma. et obe. c. ſolite. et. gl. xc. di. ſi romanorū. ꝓſertim in caſu noſtro. nā cum actio iniuriarū ſit priuati iuris. d. l. ſi. C. de iniur. nō eſt curandum an ſit actū ciuiliter an criminaliter. ⁊ profecto pro hac ſnīa videt tex.
3 in. d. l. infamē. in ſin. ¶ † Sed quero an ſubſit aliquod aliud remediū euitandi a principio hāc infamiā. ſol. hic gl. j. dat vnū remediū. vt. ſ. cōuentus actione famoſa cōſtituat ꝓcuratorē ⁊ nō patiatur ipſe ſnīam. l. furti. §. ſi qs alieno. ff. de his qui not.
c infa. vbi d2 ꝙ cōdemnatus alieno noīe nō efficit [c] infamis. ⁊ iō nec procurator meus nec ego incurri
d mus infamiā. Pet. dicit hanc cautelā procedere [d] qñ ciuiliter agit: q2 ſi criminaliter nō conſtituitur ꝓcurator in actione iniuriarū niſi cōſtituens ſit illuſtris: vt in. l. ſi. C. de iniu. ⁊. iij. q. viij. §. niſi in crimine. Dices tu quare hoc cū vſqȝ ad penā relegationis poſſit cōſtitui ꝓcurator. l. j. ff. an per aliū cā ap. ⁊ not. in. c. veniens. j. de accu. dico hoc ideo eſſe q2 cum agit criminaliter de iniuria pena eſt arbitraria. vn̄ pōt iudex imponere penā corporis afflictiuā. vt inſti. de iniur. §. in ſumma. q̄ glo. ſingula
e riter dicit ꝙ etiā penā mortis [e] poſſit iudex inferre q̄ cuz non ſit exequibilis in abſentē non d3 interuenire procurator ne ſnīa ſit in illū euentū fruſtratoria. Et ſic not. ſin. ex. d. l. ſi. d. §. niſi. ꝙ etiaz in crimine priuato non interuenit ꝓcurator qñ pōt imponi pena corporis afflictiua. qḋ etiā not. Bar. in. d. l. ſi. ⁊ ſic ampliatur intellectus. l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud. vbi ſolū d2 de crimine publico. An aūt ſnīa ſit ꝑdicto caſu ferenda in pſonā dn̄i dic poſt Cy. in. d. l. ſi. ꝙ cū agitur criminaliter ſnīa eſt ferenda in pſonā dn̄i et nō procuratoris: vt dicit tex. in. d. l. ſi. ⁊ rationē ibi vide per Cy. Si vero agitur ciuiliter debet ferri in perſonā ꝓcuratoris d. l. furti. §. ſi quis alieno. ⁊ not. Cy. in. l. j. C. de ſent.
4 ¶ † Quid aūt ſi iudex ſequendo cōmunem theoricam de qua in. c. querelam. de elec. et. l. j. C. de ſen. ⁊ interlo. om. iud. ꝓfert ſnīam cōtra ꝓcuratorē ⁊ cōtra dn̄m nunquid dn̄s efficiat infamis. Cy. in. l. ſi non conuitij. in vlti. q. C. de iniu. ſentit ꝙ ſic. et ſentit idem in ꝑalle. l. j. dicit tū ibi ꝙ ſnīa non eſt ferenda contra dominū hoc caſu alias nullā eſſet conſilium legis. vnde dicendum vt ipſe ſentit quod aut ſententia non tenebit per tex. preal le. in. l. j. aut dn̄s vocabitur: quia verum eſt dicere ipſum fuiſſe condemnatum. ⁊ ſic ceſſat ratio. d. §. ſi quis alieno.
5 quod not. ¶ † Cape aliud remedium extra glo. vt vocatus ad iudicium in actione iniuriarum vel
f alia famoſa actione ſoluat [f] anteꝙ̄ condemnetur tunc enim abſoluetur: quia ſoluit. Ad hoc tex. nota. in. l. ſi reus. ff. de procura. et ibi per Barto. in d. l. infamem. prope finem. et ſic limita iſtam gloſſ.

ꝓpter exceſſū criminis pōt arbitrari penam vſqȝ ad mortē incluſiue ⁊ vide gl. inſtit. de iniu. ⁊ ibi plene ꝑ Ang. are. in §. i ſumma. ⁊ addꝰ ꝙ ſemꝑ princeps pōt arbitrari penā mortis vt per bal. i. l. j. C. de ſac. ſan. ec. ⁊ in. l. qcū q. C. de ſer. fugi. Et adde ꝙ ſi arbitraretur iudex iponēdā eē penā mortis: tūc putarē nō admitti ꝓcuratorē ad plenam cauſe defenſionē ſicut i aliīs criminibꝰ publici iudicij ingta eaq̄ habent in. l. ſeruum quoqȝ. ff. de ꝓcur. ⁊ in. l. pe. §. ad crimē. ff. d pu bli. iu. ⁊ ꝑ gl. in. c. veniens. de accu. vbi plene de materia ⁊ habet l. c. tue. de procu.
¶ Adde Bal. in l. ſin. in ſi. vbi ho. text. C. de dolo. ⁊ Bal. in. l. ea q̄. C. de ꝯdi. inde. in ſi. ⁊ in. d. l. ſi reus. ꝑ Bal. in. l. vtiqȝ. d rei vēdi. itē vide Bart. ⁊ doc. in. l. iuſiurandū ⁊ ad pecunias. l. §. cuz res. ff. ne iureiur. vbi Bar. dicit ꝙ alias ꝯſueſit cuidam ꝑtāti exiſtēti in officio cum ibi eēt ſtatutū ꝙ qñ aliqs ꝑtās cōdēnab at in ſyndicatu ꝙ tūc nec ipſe nec aliqs de ſua familia poſſit eſſe ibi ꝑtās ꝙ ſoluat anteꝙ̄ eſſet ꝯdēnatꝰ. Et eſde. d. matth. l no. lexxiiij. ⁊ Barto. veron. in cau. xxvij. vbi pōit nas alias cautelas ad euitandū dictuz ſtatutum.
Sebaſti. Sapia.
¶ Soluat. Vide Deci. poſt Abb. in. c. at ſi clerici. ꝑ prin. col. xvi. ver. ⁊ retenta ꝯcluſione. ē. de iudi. vbi allegat Bal. in. l. j. in ſcd̄o no. C. de dolo. ⁊ in. l. vtiqȝ. l ſi. prin. ff. de rei vendi.

a Sebaſti. Sapia. ¶ Ita modica. In penalibus de minimis hr̄ rōne
hic. ⁊ tradit Bald. in. l. i. §. de exercitoribus. ff. nau. cau. ſtab. vbi dicit ꝙ
pena q̄ iponit̄ cōburēti domū hʒ ēt locū in ꝯburēte domūculam. vide
multa ꝑ Deci. q̄ ēt allegat Abb. ſi in. c. de appellationib[us]. an ſcd̄o not.
de appel. Iaſ. l. aut. q̄ rē. col. iiij. C. de ſa. ſan. ec. aduerte tn̄ ꝙ dicit Bal.
l. c. cū adeo. col. ij.
ſ. de reſcri. ꝙ no-
tarius nō pt̄ pu-
niri de falſo quā-
do falſitas eſt in
re modica ⁊ dicit
Alex. i ꝯſi. cxiij.
in. iij. vol. ꝙ fabri
cans falſam mo-
netā paruā non
punit̄ pena fabri
cantis falſaʒ mo
netam.

b ¶ Expeſſit. adde
ꝓ h̄ qḋ dicit ant.
de but. cōſi. ij. de
clauſula fiat vt pe
tit̄ q̄ poni ſolet i
ſignatura ſuppli
cationum.
Anto. Franc.
¶ Circa iſtā clau
ſulaʒ fiat: ſimpl'r
appoſitā i ſigna-
tura. Dicas ꝙ re
fert̄ ad narrata i
ſupplicatione qꝛ
papa vr̄ oīa ſup- a
plicata cōcedere
ſʒ ſi addat̄ in re-
ſcripto v̄bū ius
vel iuſtitia vt pu-
ta qꝛ dicat̄ ꝙ fiat
ius vl' iuſtitia ope
rat̄ vt valeat ſn̄ia
ēt iniuſta: lʒ ab illa
poſſit appellari
vt ꝑ Inn. i. c. pau
dētiā. de of. dele.
⁊ vide pan. de ea.
l. i. ſi. ff. de iuſti. et
iur. vbi ponit de
iſta clā ⁊ Ang. in
aut. de here. ⁊ fal.
l. §. exheredatos.
⁊ vid' bal. l. c. cū ve
niſſet. ḋ teſti. ⁊ i. c.
ij. i. ij. col. de of. de
le. ⁊ ꝑ nouiſſimos
l. l. iuſtitia. ff. ḋ iu
ſti. ⁊ iu. vbi multa
ad hoc allegant.

c ¶ Itē vide eūdē
l. §. ſi qs cū militi
bus. vj. q. i. vbi dr̄
qḋ ſi papa reſti- b
tuit aliquē īfamē
i ſuo ordine ē ad-
mittēdus ab īpe
ratore: qꝛ ip̄e īpe
rator ē minor ⁊c.
ex quo ei minora
ꝯcedunt̄. ⁊ ꝙ pa-
pa nō poſſit tolle
re infamiā irro-
gatā ꝑ iudicē ci-
uilē tenet beatus
Tho. in. ſi. ij. qḋ.
lxviij. ar. vlt. in ſi.

6 ſuper qua nihil ſcribūt doctores. ¶ † Quare pa-
pa noluit iſtum cōdemnatū actione iniuriarū no-
tari infamia. Gloſſ. ſcd̄a reddit multas generales
cauſas: vt patʒ in ea. Et vr̄ glo. velle qḋ iſte nō fuit
notatus infamia: lʒ fuit cōdemnatus: quia iniuria
fuit nulla vel minima: vt in tex. ⁊ ex hoc gloſ. ſi eēt
vera haberetur ſolennis limitatio ad iura gene-
raliter et indiſtincte dicētia quod actio iniuriarū
infamat vt nō procedat in iniuria modica. Item
voluit hec gloſſ. ⁊ aliud notabile ſi eſſet verū quod
pro modica iniuria non datur actio iniuriarum
ſicut nec actio de dolo datur pro modico. duo ſunt
examinanda. Primum an pro modica iniuria de-
tur ſeu competat actio iniuriarum. Scd̄m an con
demnatus pro modica iniuria maxime verbali ef-
ficiatur infamis. Circa primum Jo. an. tenet hic
aperte cōtra gl. dicēs ꝙ in tex. colligit̄ cōtrariū. ⁊
idē ſentiunt hic doc. ⁊ Barto. in. d. l. infamē. prope
finē. allegans ad hoc iſtū text. Sed volens rn̄dere
ad iſtū tex. poſſet dicere ꝙ hic fuit iſte iniuſte con-
demnatus. nā papa hic dicit ꝙ ꝓ nulla vel modi-
ca iniuria fuit iſte cōdemnatus. vn̄ pondera ver-
bum nulla. ſed hoc nō obſtante teneo primum: vt
ſ. detur actio iniuriarum quātūcunqʒ leuis fuerit
iniuria. primo facit iſte text. in quo pap. non dicit
ſn̄iam nullā vel iniuſtam: ſed qḋ iniuria fuerit ita
modica[a] vt quaſi nulla videret̄. Itē hoc probo ex
etymologia vocabuli. dr̄ enī iniuria omne id qḋ
non iure fit. et appellatur cōtumelia a ꝯtēnendo:
qꝛ inferens iniuriā alium cōtemnit: vt probat̄ in
l. i. ff. de iniur. hic enim cōueniunt iniurie etiā mo-
7 dice. ¶ † Nam delictū quātūcunqʒ paruū punien
dum eſt. l. reſpiciendū. ff. de pen. c. non afferamus.
xxiiij. q. i. hinc dicit gl. not. in. c. duo ſunt. xcvi. diſt.
ꝙ oīs cōtumacia eſt excōicatione digna. ⁊ tāto eſt
maior quāto ex minori reſurgit: qꝛ vr̄ magis iudi
8 cem contēnere. ¶ † Quo ad ſcd̄m Spe. in ti. de in
integ. reſti. in ſcd̄a pte. §. videndū. in fi. ſequit̄ opi.
huius glo. dicēs ꝙ papa iſtum nō reſtituit ſed de-
clarat eum nō infamē qꝛ ꝓ modicis verbis fuerat
cōdēnatus ⁊ placuit hoc Pe. ſed alij doc. vt Inn.
Hoſt. Jo. an. ⁊ do. Car. tenent cōtrariā opi. vnde
Inn. in verbo volumus ſupplet reſtituēdo te ple-
ne. ⁊ ſic intelligit ꝙ papa iſtū reſtituit priſtine fa-
me. Item ſm̄ Jo. an. rn̄ſio debet cōuenire petitio
ni. de fide inſtru. inter dilectos. verſi. ceterū. quaſi
innuat ꝙ cū hic fuerit poſtulatū beneficium reſti-
tutionis ad famā: papa rn̄dendo ꝑ verbum volu-
mus vr̄ reſtituiſſe. pro hoc allego meliorē text. in-
ſti. de inuti. ſtip. §. preterea. vbi dr̄ ꝙ ſi qs ſtipulat̄
a me decē ſub ꝯditiōe vel ad diē ⁊ ego ſimpliciter
rn̄deo promitto: videor ſpopondiſſe ſub cōditio-
ne vel ad diē ſm̄ ꝙ ꝓceſſit interrogatio. ſubijciēs
tex. ibi: rationem. qꝛ nō eſt neceſſe in rn̄dendo ea-
dē oīa repeti q̄ ſtipulator expreſſit[b] ita dico in ꝓ-
poſito noſtro. Item hoc idē colligit̄ per verbum
volumus. qḋ eſt verbuʒ inducens diſpoſitionem ⁊
nō ſimplicem declarationē. ad hoc tex. iuncta glo.
in cle. vna. de offi. vica. ⁊ in. c. ꝓſenti. in ver. loca. de
ꝓbē. li. vj. hoc idē ꝑ iſtum tex. reperio tenere Bar.
in. d. l. infamē. prope fi. Tertio ad vtrūqʒ qḋ. facit
qꝛ iura ſimpliciter ⁊ indiſtincte dicūt ꝙ cōdemna
tus actione iniuriarū efficit̄ infamis: nec diſtin-
guunt an agat̄ ciuiliter an criminaliter: an fuerit
modica vel magna iniuria. d. l. i. ⁊ l. athletas. ergo
indiſtincte ſunt intelligenda. l. de pretio. ff. de pu-
bli. ⁊ in iuribus ꝓalleg. ⁊ ꝑ hoc ſit expedita gl. ſi. cū
9 materia ſua. ¶ † Opp. ⁊ vr̄ ꝙ papa non potuerat
iſtū liberare ab infamia: quia nō eſt ſuppoſitus iu-
riſditioni ſue: nec ꝑ impoſitionē penitētie potuit
eū priſtine fame reſtituere: qꝛ lʒ ꝑ penitentiā ani-
mas ſaluare poſſumus: infamiam tn̄ abolere non
poſſumus. vt. ij. q. iij. §. hinc colligit̄. Solu. duplex
ſm̄ gloſ. ſi. Primo: qꝛ poſſumus intelligere iſtum
fuiſſe clericū. ſed hoc nō colligit̄ ex litera. Scd̄o qꝛ forte iſte ſuberat pa
pe quo ad tēporalē iuriſditionem. Sed pro clariori expeditione totius
materie ꝓſequar hoc generaliter poſt Inno. qui poſſint fame reſtitue-
re. ⁊ primo ſcias duplicē eſſe infamiā. vna eſt facti q̄ ꝓuenit ex cōi homi
num locutione. de qua plene ꝑ Bar. in. l. de minore. §. tormēta. ff. de qḋ.
⁊ vide qḋ dixi in. c. teſtimoniū. de teſt. ⁊ iſta nō pōt per aliquem abole-
ri: qꝛ cum cōſiſtat in facto opʒ ꝙ facto cōtrario tollat̄: ⁊ in iſto habet lo
cum. §. hinc colligitur. ꝓalleg. nō enī poteſt facere princeps vt facta ha-
beantur ꝓ infectis. l. in bello. §. facta. ff. de capti. ⁊. c. ſi paulus. xxxij. q. v.
nec poteſt mutare volūtatem hominum ſeu eorum expreſſiones ⁊ opi.
xlvij. di. §. neceſſe. in fi. als in. §. ſeq. ſed bene poteſt princeps diſponere
ꝙ talis infamia facti nō habeat effectū ⁊ debet facere cū viderit illam
eſſe iniuſtam maxime ab emulis ortam. vt in. c. cum in iuuētute. de pre-
ſump. ij. q. v. mennā. Alia ſpecies infamie eſt iuris que. ſ. a iure infligi-
tur: vt in. §. porro. iij. q. vij. ⁊ ſuper iſta verſat̄ materia noſtra quā expe-
diam per octo. q. Prima quid in papa. Scd̄a qd in collegio cardina-
lium. Tertia qd in ep̄o. Quarta qd in inferiorib[us] prelatis. Quinta qd
dicemus de iperatore. Sexta de ſenatu. Septima de regibus: de alijs
10 ꝓncipibus citra iperatorē. Octaua de iudicibus inferioribus. ¶ † Ad
primū de papa cōcludendo hic glo. ⁊ Inno. dic ꝙ clericū indubie fame
reſtituere poteſt: vt hic ſm̄ vnum intellectū intelligendo ꝙ iſte fuit cle-
ricus. Preterea papa reſtituit clericū depoſitum ſeu ſolēniter degra-
datum. vt leg. ⁊ not. in. c. ideo. ij. q. vj. q̄ tamen ex tali degradatione fuit
effectus infamis. vt leg. ⁊ not. tam in milite celeſtis militie q̄ ſecularis
in. l. ij. §. ignominie. ff. de his qui not. infa. Idē dicendū de laico eccleſie
ſubdito quo ad adminiſtrationem temporalem. vt illū papa reſtituere
poſſit: vt hic in glo. ⁊ probo per. c. per venerabilē. qui fi. ſint legi. vbi ꝓ-
batur ꝙ in terris ſubiectis eccleſie papa exercet omnia iura iperij. ad
idem. xcvj. diſt. conſtantinus. ⁊. c. fundamenta. de elec. lib. vj. ⁊ cle. paſto-
ralis. de re iudi. cum ſi. Laicum vero alteri ſuppoſitum cōmuni opi. te-
netur vt reſtituere fame non poſſit qḋ mihi placet. ad qḋ allego. c. cau-
ſam que. qui fi. ſint legi. vbi patet ꝙ de iſtis temporalibus papa ſe im-
pedire nō debet in terris aliorū. cōcor. c. ſolite. de maio. ⁊ obe. ⁊. c. ſi im-
perator. xcvj. diſt. maxime: quia imperator hoc ſibi reſeruauit in prero-
gatiuam imperij. l. i. §. de qua. ff. de poſtu. probo etiā per idētitatem ra-
tionis per. c. ꝑ venerabilem. ꝓalleg. nā ſicut papa nō legitimat alteri
11 ſuppoſitum vt ibi cōiter tenetur: ita nec fame reſtituere pōt. ¶ † Cum
iſta pari ratione procedant: vt not. Inno. in. c. cū. ꝓ. tabellio. de fi. inſtr.
Dubitatur tamē quid ſi pa. indiget eo ad clericatū quo caſu tenet hic
Inno. ꝙ pap. tantum ⁊ nō alius poſſit reſtituere fame: vt ſic reſtitutus
poſſit ad clericatum aſſumi. ar. liiij. di. multos. ⁊. c. ex antiquis. vbi po-
teſt eccleſia ſeruū alterius aſſumere. dūmodo ius ſuum dn̄o ſerui com-
penſet. Hoſt. dicit ꝙ lʒ pro Inno. faciat ꝙ laicus nō eligit̄: ſed tantum
poſtulatur. lxj. diſt. §. ſed aliud. ⁊. c. oſius. poſtulatio aūt ad epiſcopatuʒ
facta per alium approbari nō poteſt q̄ per papam: vt in. c. ſi. de poſtul.
prela. vbi de hoc. tamen ipſe quo ad caſum iſtum tenet contrarium ſm̄
Jo. and. ſed do. Anto. ſequitur Innoc. ⁊ dicit ꝙ Hoſtiē. nō ſentit aper
c te cōtrarium. idem Archi. ij. q. iij. §. hinc colligitur. Ego etiam ſequor
Inno. ⁊ allego bonū caſum in. d. c. per venerabilem. vbi patet ꝙ pa. le-
gitimat aliquem laicuʒ quo ad ſpiritualia: vt ſic per omnia reſtitutus
cenſeatur natalibus. Fortius ergo poteſt talem fame reſtituere quo ad
ſpiritualia: ⁊ per conſequens cenſet̄ reſtitutus quo ad temporalia. pre-
ſertim cum nō tractetur hoc caſu de alterius preiudicio: monſtruoſuʒ
ſiquidem videretur vt quis cenſeretur integre fame quo ad ſpiritua-
lia que ſunt digniora: ⁊ non quo ad temporalia: vt arguit ibi tex. ⁊ vi-
de quod ibi not. ⁊ ſic dico ibi eſſe caſum de hac queſtione: cum vt dixi le
12 gitimare ⁊ fame reſtituere iudicātur a pari. ¶ † Uenio ad ſecūdū. In-
nocē. hic voluit ꝙ collegium cardinaliū poſſit fame reſtituere. moue-
tur: quia autoritatē ſenatorum habet allegat. d. c. Conſtantinus. xcvi.
diſt. ⁊ ſic poteſt intelligi ſm̄ eum quod dicitur quod eccleſia habet ſena
tum. ⁊ cum Innocen. tranſeunt cōmuniter docto. hoc ſequentes. Idē
tenuit Barto. in. d. l. i. §. de qua. ff. de poſtu. ſed in. l. infamem. ff. de publi.
iudi. prope finem. videtur velle hic procedere cum eccleſia caret paſto-
re: id eſt mortuo papa. Innocē. ſequit̄ Archidia. ⁊ ibi gl. ⁊ tenet hoc in
c. eccleſia. xvi. q. i. ⁊ in. §. hinc colligitur. ij. qḋ. iij. ſed Lau. ⁊ Joan. de lig.
ſentiunt oppoſitū in cle. ſi. ne romani. de elec. per illum tex. Et profecto
antequā eos vidiſſem placebat mihi iſta opi. cōtraria. ⁊ facio hic funda-
mentum. in iure non legitur quod collegium cardinalium vel ſingula
res cardinales habeant alicuius iuriſditionis exercitium ſine papa:
preterq̄ in titulis eorum in quibus ſm̄ communem opi. habent iuriſ-
ditionem quaſi epiſcopalem: vt legi. ⁊ not. in. c. cuʒ in eccleſijs. de maio.
⁊ obediē. ⁊ in. c. vno. eod. titu. lib. vj. facit quod not. Jo. mona. in. c. ſuper
13 eo. de here. lib. vi. ¶ † Poſt mortē vero pape vacāte eccleſia iuriſditio
nem exercere non poſſunt per tex. illius cle. ne romani: vbi dr̄ ꝙ vacan
te eccleſia non poſſunt cardinales exercere de ſpectantibus ad pa. Nō
obſt. c. conſtantinus. ſuper quod ſe fundat Inno. ⁊ cum communiter ſe-
quētes. ille enim tex. ſolū facit in eo ꝙ imperator cōſtantinus conceſſit
diuerſi ordinis clericis reuerēdiſſimis ſancte romane eccleſie ſeruiēti-
bus vt haberēt culmē ⁊ dignitatē ſenatus: q̄ſi velit Inn. ꝙ ſicut ſenat[us]
romanus poterat reſtituere fame: vt in dicta. l. i. §. de qua. ff. de poſtu.
ita ⁊ collegium

ita ⁊ collegium cardinaliū cū habeat ſenatus po-
teſtatem per illū tex. Sed certe iudicio meo nō fa-
cit.[a] tum qꝛ nō loquit̄ de cardinalibus: tum quia
imperator non potuit dare poteſtatem hanc in ec-
cleſia dei. qꝛ hoc ꝑtinet ad pa. Preterea illud nun-
quam fuit repertū vt collegiū cardinaliū exerceret in-
ra ſenatus. nā ſenatus habebat poteſtatem legis
cōdende: vt in l. ij. §. deinde. ff. de ori. iur. ⁊ inſti. de
14 iur. natu. gen. ⁊ ciui. §. ſenatuſconſultum. ¶ †Ue-
nio ad tertium quid de epis. Innoc. indiſtincte tz
ꝙ lz minores[b] et maiores poſſint in multis reſti-
tuere ⁊ in multis diſpēſare vt no. in c. dilectus. de
temp. ordi. ⁊ c. at ſi clerici. §. de adult. de iudi. ⁊ ab-
ſoluere a iuramentis ⁊ votis ⁊ fidelitatibus. vt in
c. j. de voto. ⁊ c. cū quidā. de iureiur. ⁊ no. in c. debi-
tores. co. ti. ⁊ xv. q. vi. autoritatē. In integrum ta-
men reſtituere non poſſunt quo ad honores et ſi-
milia nec infamiam remittere: quia hoc nullo iu-
re cauetur. et hoc ſequitur Hoſti. adducens ꝙ nō
diſpenſat cum patiente defectuz in natalibus quo
ad ordines: vt hodie habetur in c. j. de fil. presby.
15 lib. vi. ¶ †Dicit etiam Inno. ꝙ ſi epiſcopus cum
alio criminoſo ꝙ cum infami diſpenſet bene ad-
mittitur ad accuſandum et teſtificandum non ſo-
lum in ciuili ſed etiā in criminali non ſolū contra
laicos ſz etiam cōtra clericos. cū ⁊ talis cum quo
diſpenſat poſſit quod plus eſt ad ordines promo-
ueri: ⁊ ad bñficia ⁊ ad alios actus legitimos: q̄re
multo fortius poterit accuſare ⁊ teſtificari etiā in
ſacerdotes. ij. q. vij. ipſi apoſtoli. et c. precedenti et
ſeq. Nec ob. ſ. de teſti. c. teſtimonium. vbi dī ꝙ con-
demnatus de crimine non poteſt teſtificari in cri-
minalibus: quod intelligendū eſt quando non eſt
diſpenſatum ſm̄ Innoc. vel ſm̄ Jo. and. cum ſuit
cōdemnatus de crimine ad cuius ſniam ſit infa-
mis ⁊ predicta not. ¶ Glo. tñ Jo. in c. dño ſancto.
l. diſt. ⁊ in §. hinc colligitur. ij. q. iij. dicit ꝙ epus in
omni crimine in quo pōt diſpenſare poteſt infa-
miam tollere. Inno. tamen ⁊ Hoſt. cōiter ſequen-
tes ſentiunt hic oppoſitum vt patet ex predictis
ego vero tenui in d. §. de adulteriis. ꝙ epus nō po-
teſt diſpenſare ſuper infamia principaliter[c] ⁊ hoc
caſu procedūt predicta. ſed vbi venit acceſſorie ad
caſum ſibi permiſſum dico ꝙ poteſt. Nam cōdem-
natus de adulterio efficitur infamis. l. j. de his qui
not. infa. ⁊ tñ epus diſpenſat cum tali: vt dixi plene
in d. §. de adulteriis. vbi vide. Ad idem vr̄ tex. ſm̄
vnū intellectum in d. §. de qua. vbi habet̄ ꝙ infe-
rior abſoluit ab infamia q̄ veniebat acceſſorie ad
ſniam cōtra quam ex cauſa reſtitutionem in inte-
grum cōceſſit. multa enim cōceduntur acceſſorie
16 q̄ nō veniūt principaliter. l. j. ff. de aut. tut. ¶ †Ex
his infertur ad deciſionem quarti dubij. dicendū
eſt enim quod iſti citra epz reſtituere fame nō pñt
preſertim cum nunꝙ diſpenſent niſi in caſibus a
iure expreſſis: vt plene dixi in d. §. de adulteriis.
17 ¶ †Ad quintum de imperatore[d] dicēdum ꝙ ſue
iuriſditioni ſuppoſitos indubie poteſt fame reſti-
tuere cum hoc ipſe ſibi reſeruauerit in ſignum pri-
uilegij ſpecialis. d. §. de qua. alteri vero ſuppoſi-
tos puta pape non poterit ſicut. ſ. dixi de papa re-
ſpectu ſubiectorum imperatoris. An aūt laicus
infamis reſtitutus p imperatorē poſſit promoueri
ſine alia diſpenſatione ad clericatū. poſſet addu-
ci Inn. pro ⁊ cōtra: vt patet ex predictis. Sed ego
credo ꝙ ſic: dūmodo egerit penitentiā: qꝛ incipit
eſſe qd̄ non fuit: vt in c. ferrū. l. di. Poſſet tamen
in contrariū argui. qꝛ imperator non poteſt habi-
litare quo ad ſpiritualia. arg. in c. per venerabilē
⁊ hoc forte voluit Innoc. in eo qd̄ dixit papā tan-
tum: ⁊ non aliū poſſe reſtituere laicū fame cuz ſibi
neceſſarius eſt in clericatu. Poſſet tñ intelligi ꝙ
illa dictio tñ excludat alios prelatos inferiores:
non aūt imperatorē cum ſimpliciter reſtituat pri-
ſtine fame nam reſtitutio eſt priſtini ſtatus reinte-
gratio. ij. q. iij. §. notandū. ⁊ l. j. C. de ſent. paſ. ⁊ im-
perator potuit tollere infamiā quā per legē ſuam
intulit: ⁊ perinde ſentire ac ſi ille nunꝙ fuiſſet in-
famis quo ad iuris effectū: vt not. glo. in ſimili in
clemen. j. de immu. eccle. ⁊ reſpectu criminis quod
fuit notoriū nō poteſt haberi pro infecto. poterit
tñ epus poſtmodū diſpenſare ſicut facit cū illo q in
notorium crimen ſine infamia incidit. de tēpo. or-
di. c. ſi. ⁊ no. bene hanc mediā viam quam puto de
18 iure veriſſimā. ¶ †Ad ſextū de ſenatu certum eſt
quod olim poterat. d. §. de qua. ſed hodie non eſt
e amplius iſte ſenatus[e] preſertim rome nec reman-
ſit hodie aliqua poteſtas in ſenatu. hinc not. dixit
Bar. in l. ſi. C. de legi. ꝙ hodie populus romanus
⁊ ſenatus nō poſſunt facere legē: ſed olim ſic. ratio
eſt hec ſm̄ eū: nā poſtꝙ populus romanus trāſ-
tulit poteſtatem in principem adhuc apud eos re-
manſit poteſtas eligendi et priuandi: vt. l. ij. §. ex-
actis. ff. de orig. iur. ideo illo tēpore poterat popu-
f lus romanus ⁊ etiam ſenatus legē condere.[f] Sed
hodie omnis poteſtas imperij eſt abdicata ab eis
Jus enim eligendi habet principes de alamania
de quibus per gloſ. in c. ad apoſtolice. de re iudic.
lib. vj. ⁊ ius priuādi habet ſolus papa. d. c. ad apo-
ſtolice. facit. c. venerabilē. de elect. et cle. ne romani
de iureiu. Cū ergo nil quod ſit de imperio reman-
ſit nō apparet rō ſm̄ Bar. ⁊ bene per quā poſſunt
leges cōdere. Et optime facit ad ea que. ſ. dixi in
collegio cardinaliū: vt non poſſunt fame reſtitue-
re cū poteſtas exercendi hic precipua ſit in papa
dūtaxat: lz faciat cū conſilio cardinaliū. d. c. p ve-
nerabilē. in vſ. rationibus. et per Joā. mo. in d. c.
ſuper eo. de here. lib. vj. ⁊ ſic limita dicta Inno. ⁊
aliorū ſequaciū qui dixerunt ſimpliciter ſenatum
poſſe fame reſtituere. nam dico illud procedere ſz
antiqua tēpora: ſed hodie ſecus cū nulla poteſtas
imperij remanſit apud populū romanū vel ſena-
tum. ⁊ recognoſcit hodie imperator imperium ab
eccleſia: ⁊ nō a romanis: vt dixi in c. nouit. de iudi.
19 vbi vide. ¶ †Ad ſeptimum quid de regibus et
alijs principibus inferioribus. dicit Inno. ꝙ non
poſſunt reſtituere fame: qꝛ vnus tantum princeps
inter laicos preeſt omnibus alijs ſcz imperator: vt
patet. vij. q. j. c. in apibus. et ff. ad l. rho. de ia. l. de-
precatio. C. de qua. pſcrip. l. bene a zenone. cuius le-
gibus oēs chriſtiani laici tam reges ꝙ alij obedi-
re debent. C. de legi. l. leges. maxime: qꝛ ab eccleſia
ſunt approbate: et nulla lege cauetur ꝙ poſſit ali-
quis reſtituere niſi ſolus princeps. id eſt impera-
tor vel ſenatus. d. §. de qua. quaſi per hoc omni-
bus alijs videatur interdictum. Sed dicit Inno.
alios dicere ꝙ omnes reges in integrum reſtitue-
re poſſunt qui non ſunt imperatori ſubditi: ſed ſo-
li pape. In dubijs: et in grauibus de quibus in c.
per venerabilez. prealleg. do. Anto. dicit ꝙ prima
opi. poteſt eſſe vera in recognoſcētibus ſuperiorē
ſcda in nō recognoſcētibus q poſſunt ponere ma-
num ad ea que principi ſunt reſeruata. d. §. ratio-
nibus. per qd̄ poteſt dici ſm̄ eū ꝙ ciuitates q̄ non
recognoſcunt ſuperiorem poſſunt fame reſtituere
alleg. quod not. Barto. in l. hoſtes. ff. de capti. ego
primo ad hoc allego Inn. qui hoc expreſſe firmat
in c. cum. P. tabellio. de fide inſtru. ⁊ Barto. in l.
infamem. in ſi. ff. de pub. iudi. vbi idem quod. ſ. te-
g net in regibus[g] ⁊ principibus ⁊ alijs ciuitatibꝰ nō
recognoſcentibus ſuperiorem. dicens quod popu-
lus liber tantam poteſtatem habet in ſe: quātam
imperator in vniuerſo. et facit quod ipſe not. in l.
j. ff. de aqua plu. ar. ⁊ Bal. in l. decernimus. C. de ſa-
20 croſan. eccle. ¶ †Uide ad predicta vnam limita-
tionem quā ponit Bart. in d. l. j. §. de qua. vbi di-
cit ꝙ ciuitas recognoſcens ſuperiorez non poteſt
fame reſtituere per illū text. ⁊ idem in alijs princi-
pibus recognoſcētibus ſuperiorē. quod dicit ve-
rum in infamia irrogata per ius commune. ſecus
in infamia que irrogatur ex forma alicuius ſtatu-
ti. quia per aliud ſtatutum cōtrarium poſſet tolli
cum nil tam naturale ꝙ vt vnumquodqz ſoluatur
eo vinculo quo ligatuz eſt. l. nil tam naturale. ff. de
reg. iur. ex hoc dicto not. ꝙ ciuitas non libera po-
teſt facere ſtatutuz infamie irrogatiuū. facit. l. oēs
populi. ff. de iuſti. et iure. ⁊ illam infamiam poteſt
21 tollere. ¶ †Dico etiam ꝙ iſti recognoſcentes ſu-
h periorez[h] poſſunt remanente ſubiectione preſcri-
i bere[i] iſta reſeruata principi. ſed requiritur tēpus:

a ¶ Nō facit. adde ꝙ ro. cōſi. cccexcviij. tz opi. Inn.

↪ Sebaſti. Sapia.

b ¶ Lz minores. vide Imo. in l. infamem. i. v. col. ff. de publi. iudi. cū allegatis p Deci. l. b c. at ſi clerici. §. de adulteriis. co. ti. vſ. ſucceſſiue abbas ꝯcludit. ſ. de iudi. vbi tāgit an poſſit epus reſtituere in ꝯſequentiam lz nō poſſit principaliter.

c ¶ Epus diſpēſat ſup īfamia nō p̄ncipalr ſz acceſſorie q̄n venit l ꝯſequētiā neceſſariā de q̄ p arch. in §. hinc colligit̄. cir. ſi. ij. q. iij. ⁊ ꝙ epus nō poſſit reſtituere fame tz bal. in c. at ſi clerici. l re. co. de iud. ⁊ ibi vide. d. Ant. in pn. in xv. col. vbi circa h̄ ponit dictū notabile.

d ¶ Adde qd̄ bal. ꝯſi. ccc. iij. li. incipiente pponit̄ ꝙ qdā clericꝰ vr̄ iclinare ſaluādo gl. l. diſt. dño ſancto ꝙ epus poſſit diſpēſare cū īfamia cōtracta leui cā.

↪ Sebaſti. Sapia.

e ¶ Jſte ſenatus. Cōtrariū ſentit Pau. de caſ. in l. nō ambigit̄. ff. de legi. vide Andr. ſicu. l. c. trāſlato. col. pe. ſ. de cōſti.

f ¶ Uide p arch. ij. q. iij. cauēdū p Pau. plenius p Imo. l. c. veniēs. de ſi. pſby. ⁊ aliqd l. c. diuerſis. de cle. ꝯiu. ⁊ in c. ſi ſummus pontifex. de ſen. ex. Arch. vi. q. j. ſi quis. et xv. q. j. cos. ⁊ adde ꝙ Fran. de piſis dixit diſputādo ꝙ ſic. qꝛ p̄nceps pōt reſtituere infamē niſi illa īfamia ſit ꝯcta certo loco. vt p. d. alex. imo. in l. infamē. ff. de pub. iu. l addi. ad Bar. ibi vbi etiā ponit an poſſit peti p pcuratorē.

f ¶ Leges ꝯdere. Adde Romā. ꝯſ. cccxviij.

↪ Sebaſti. Sapia.

g ¶ In regibꝰ v. ꝯtrariū ſentit bar. l. l. acta. §. j. ff. de reiu.

↪ Sebaſti. Sapia.

h ¶ Supior: c. vide abb. i. c. ſup quibuſdā. §. pterea. de v. ſig. et ſignoro. de homode. l ꝯſ. cclj l pn. col. iiij. ⁊ do. ant. de roſel. i tractatu legitima. ebar. xiij. colū. ij. vbi ponit d ptāte legitimādi an poſſit pſcribi. vid et Jaſ. i. l. iperiū. colū. xi. ff. de iu. om. iud. ⁊ Feli. l. c. auditis. col. ix. ſ. de preſcrip.

1 REprehenſibilis. ¶ † Prelatus ſubditum ſuſpendere vel excōmunicare nō debet niſi monitione premiſſa: nec ſubditus cōtra diſciplinā eccleſiaſticam appellare maxime ſi eſt religioſus. hoc primo. Iudex a quo prefigit terminū appellanti ad appellationē ꝓſequendam infra quem ſi nō proſequitur iudex a quo reaſſumit iuriſditionem. hoc ſcđo. Appellans vero non proſequens appellationem ſuā condēnat̄ in expenſis appellato proſequenti. hoc tertio. Et q̄nq3 ſunt dicta tex. ſcđm ibi: nec ſubiecti. tertiū ibi: ſi vero. quartū ibi: ſi autem. quintum ibi: precipue.
¶ Caſus literalis. Quia prelati nimis prompti erant ⁊ faciles ad excōicandum: ⁊ ſubditi promptiores ad appellandū volens lateranenſe concilium prouidere ſuper his tā ſubditis q̄ prelatis ſtatuit ꝙ prelati ſuſpenſionis vel excōicationis ſententiam nullatenus proferant in ſubditos niſi canonica monitione premiſſa: niſi forte talis ſit culpa que ipſo facto ſuſpenſionem vel excōicationem inducat: nec ſubiecti cōtra diſciplinam eccleſiaſticam appellare preſumant ſed ſi qs pro ſua neceſſitate appellauerit competens ſibi terminus ꝓfigatur ad ꝓſequēdam appel. ꝙ ſi infra terminū non fuerit proſecutus extunc epiſcopus autoritate ſua vtatur. Si autē aliquis appellauerit: ⁊ ille cōtra quē fuerit appellatū venit ille vero qui appellat venire neglexerit ſi ꝓpriū habuerit in expēſis alteri condēnet̄ vt hoc ſaltē timore perterritus non facile qs appellet. In ſi. dicit ꝙ religioſi cū fuerint pro ſuis exceſſibus corrigēdi cōtra regularem diſciplinā non appel
2 lent. Ber. ¶ † No. i. vnam regulā generalē ꝙ ſententia excōicationis vel ſuſpenſionis nunq̄ eſt ferenda ab hoīe niſi canonica monitione premiſſa. ⁊ ſic elicitur illud quod excōicatio nunq̄ eſt ferenda ab hoīe niſi ꝑ cōtumacia ſiue in nō parendo in iudicio ſiue in nō ſatiſfaciendo. xi. q. iij. epi. et ibi gloſſ. Hodie adde qđ habet̄ in. c. i. de ſen. excō. li. vi. vbi idem diſponitur de interdicto eccl'iaſtico ⁊ debet in ſcriptis ferri vt ibi.
3 ¶ † Sed limita predicta ⁊ tex. ſm̄ vnum peregrinum dictū
b Inn. qđ nō ſolet cōiter allegari in. c. i. de exceſ. prela.[b] vt reſpectu ſuſpenſionis ꝓcedat iſte tex. requirēs monitionē q̄n ſuſpenſio fertur ꝑpter contumaciā ſecus ſi in penā delicti: q2 tunc fruſtra fieret monitio cū opꝫ eū luere penā delicti commiſſi. nam ſuſpenſio ſepe ſit ꝑpter delictū. vt in. c. tam literis ē. de teſti. v. q. iij. in loco. ſecus in excōicatione q2 illa nunquā fert̄ ab hoīe ꝑpter delictū: ⁊ q̄ cito vult ſatiſfacere illico dꝫ
4 relaxari. xi. q. iij. nemo. ⁊. c. illud. ¶ † Et idē ꝙ non requirat̄ hoc caſu monitio tenuit Inno. in. c. ad hec qm̄. ē. eo. vbi dicit ꝙ excōicatio interdictū ⁊ ſuſpenſio equiparant̄ in multis: et preſertim in hoc vt debeat precedere monitio niſi quādo ſuſpenſio fieret in penā delicti. Hoſti. tamen ibi hoc approbat reſpectu ſuſpenſionis fiende a canone. ſecus ſi a iudice: quia tunc requiritur monitio ſm̄ eū. alle. c. ſicut. de coha. cle. ⁊ mu. Mihi placet indiſtincte dictū Inno. ⁊ ꝑ eo vr̄ text. in. d. c. tā literis. de teſti. vbi papa ſine monitione impoſuit penam ſuſpenſionis. ergo ⁊ alij hoc facere poſſunt. de re iud. in cauſis. Ad idem allego. c. romana. §. ſed nec in ſpecie. de ſent. excōi. lib. vi. vbi licet prius dixiſſet de ſuſpenſione excōicatione et interdicto: poſtea tamen duꝫ tractauit de offenſis ſeu culpis preteritis vel ꝑñtibus ſolum ꝓhibet excōicationē ferri ſine monitione quaſi ſecus ſenſerit de interdicto vel ſuſpenſione qđ no. ⁊ ꝙ reſpectu monitionis premittende equiparentur iſte ſnie regul'r: vide ho. tex. in. c. ſtatutū. de ſen. excōi. li. vi.
5 Additio ¶ † Et no. ex illo. d. Inno. iudicem poſſe in penā delicti ſuſpēdere clericū ab offi
6 cijs diuinis. ¶ † Scđo no. principaliter ꝙ vbicunq3 ius fulminat excōicationem ꝑpter delictū tunc iudex poteſt delinquentē excōicare ſine alia admonitione. ⁊ eſt tex. apertus ſm̄ lec. abbatis quam neſcio alibi. ⁊ ꝑpter hoc dicit ſe excuſaſſe quēdam abbatem qui excōicauerat monachū ſuum ſine monitione qui exiuerat clauſtrū ſine licentia: ⁊ repertū fuit ſtatutū in monaſterio ꝙ ob hanc cauſam fulminabat excōmu
c nicationem ipſo facto.[c] ¶ † Ex hac lec. no. vnū ſingulare in
7 quo habes excōmunicationē poſſe ferri ſine aliqua admoni
d tione q̄n ius excōicat[d] propter illud delictum quaſi nil noui
8 videat̄ facere iſte iudex. ¶ † Sed ex hoc not. aliud mirabilius ꝙ excōicatum a iure pro certo delicto poteſt ſuperior iterū excōicare pro eodem delicto aliter nō iterato nec cōtumacia aliter de nouo cōtracta vt hic clare colligit̄ intelligēdo illam dictionē niſi poſitā in tex. ꝓprie facit iſte text. qđ iudex poteſt alterare ⁊ augere penā a iure determinatam pro certo delicto. ⁊ videt̄ text. in. l. qđ ergo. §. pena grauior. ff. de his q no. infa. vbi Bart. hoc tenet expreſſe ex certa cauſa. facit. l. aut facta. §. ſi. ff. de penis. ⁊ per hec dicta iuris ciuilis defendo hanc lec. Abb. Hoſt. intellexit iſtū text. q̄n iudex vult denuntiare excōicatū a iure vt non requiratur monitio ſi factum eſt notorium. ¶ No. bene ſuā lect. que eſt vera in ſe dixi latius in. c. peruenit. ē. eo. lectu. Abb. magis conuenit litere. Quid autē operet̄ tunc ſcđa excōicatio. vide ho. gloſ. in. c. ita

Zacharias.
a ¶ Cum cautione iuratoria. Adde an fieri poſſit pte nō citata ſi pars offerat cautionē de ſtando iuri vel de ſatiſfaciēdo ꝑti. vide Spec. i ti. de cōtu. §. nūc dicamus. ver. ſꝫ pone. ⁊ ver. ſeq. ⁊ ibi qđ ſi ps ſe abſentet vt abſolutionē differat. ⁊ qualiter tūc fiat abſolutio ibi dicit̄ ꝑ Innocē. in. c. prudentiā. in pe. col. in gl. in ver. maliciam. ē. de off. dle.
Sebaſti. Sapia.
b ¶ In. c. i. de exceſ. ꝓla. Vide ibi Abb. idē tenentē ⁊ Abb. in. c. ij. in prin. ē. de cle. exc. miniſt. ⁊ q̄do ꝓcedat tex. iſte declarat Ro. cōſ. cccclxxxij. inci. in caſu premiſſo. colū. ſi. ver. tertio dico.
Sebaſti. Sapia.
c ¶ Ipſo facto. Quid importent illa verba ipſo facto tradit Fel. in c. rodulphus. co. xxij. ver. mox ipſo iure ipſo facto. ē. de reſcrip. vbi dicit ꝙ ꝑdicta verba ſunt late ſnie.
d ¶ Ius excōicat. Adde Lap. alle. lxxiij. et an religioſus excōicans ſubiectum monitione nō ꝑmiſſa incurrat irregularitatē. vide ꝑ eum dem alle. xij.

9 quorundā.de iudi. ¶ † No.iij.ꝙ appellatio interpoſita cō-
tra diſciplinā eccleſiaſticā.i.cōtra ſtatuta eccleſiaſtica nō va-
let. Idē ſi religioſus appellat a pena infligēda ſm regulam
ſuaʒ:vel ſm ſtatuta hominis.nam illa ſunt eis leges ad hoc
10 c.ad noſtram.ſ.eo. ¶ † Quarto not.ar.op.ꝙ non pſequens
appellationem ſuam licet fuerit fruſtratoria non punit pena
extrinſeca de iure canonico:ſed fit cōdēnatio expenſaꝝ. vide
11 qd dixi in.c.ij.ſ.eo.⁊ in.c.cū parati. ¶ † Ultimo no.hic ar.ꝙ
abbas nō punit ſubditū ſine cōſenſu capituli ſui.hoc tamen
cōiter reprobatur qꝛ ſolus abbas habet poteſtatē inſolidū
circa monachos.vt in.c.ad noſtrā.ſ.eo.plene no. Joā.and.in
c.ioannes.de regu.vide ho.tex.in.c.nulla.xviij.q.ij. Ad iſtū
tex.reſpondetur ꝙ non loqtur de pena inferenda a prelato
⁊ capitulo ſed de pena inferenda a prelato ſtatuta per prela-
tum ⁊ capitulū:qꝛ ſepe vltra regulā religioſi faciunt ſibi ſta-
tuta.vt in.c.ad noſtrā.ſ.eo. ¶ No.ſm hāc ſolutionē ꝙ etiam
illam penā ſtatutam cōmuni conſenſu ſolus abbas infligit.
¶ Reperio alium intellectū ad iſtū tex.in loco extraneo vʒ
in.c.j.de ſent.excō.lib.vj.p Joā.and.poſt alios vt pcedat iſta
litera qñ prelatus eſt nimis ſeuerus in corrigendo:[a] et tunc
adhibeat capituli conſenſum.ſed certe hoc eſt diuinare ad
iſtū tex.lʒ ſit equū nullibi tamē de iure probat.nā promptuʒ
eſt remediū cōtra prelatos ſeueros ſcʒ p appellationē nā hic
ſolum tollit appellationem contra regule diſciplinaʒ.ſecus
autē ſi punit prelatus religioſum iniuſte ⁊ contra regulā:qꝛ
tunc bene poteſt ab eo appellari ad ſuperiorē.vt in.c.ad no-
12 ſtram.⁊ ibi dixi.ſ.eo.⁊ ſatis ꝓbatur hic a contrario. ¶ † In
glo.i.ibi:trina vel vna peremptoria p diſes.⁊ vide practicā
in.c.conſtitutionem.de ſen.excō.li.vj.in ſi.vbi ponitur ꝓprie
qualis debet eſſe monitio que debet precedere.⁊ vide ho.gl.
que ponit diuerſas formas citandi in notorio vbi res apta
eſſet preſens:ſufficit vna monitio.vide p Archi.xxiiij.qō.iij.
de illicita.per doct.in.c.dilecto.de ſen.excō.lib.vj. ¶ In ea.
ibi de canonica admonitione:melius dixiſſet glo.de euāgeli-
ca monitione.nā.c.nouit.alle.in glo.nō tractauit de canoni-
13 ca admonitione ſʒ de euāgelica. ¶ † In glo.ij.ibi tʒ tamen
b not.gloſ.ex qua habes ꝙ excōicatio[b] ſine admonitione lata
tenet.⁊ idē not.glo.xi.q.iij.in ſum.ij.q.i.in ſum.pbat in.c.ſa-
cro.de ſen.excō.qd pcedit etiā in delegato:vt not. Innoc. in
c.illud.de cle.excō.mi.⁊ in.c.prudentiā.de offi.dele.vide glo.
in.c.ſacro.preallé. Et inquantū gloſſ.excipit hic duos caſus:
dic ꝙ illi caſus non recte excipiunt a regula:qꝛ nō loquit qñ
monitio preceſſit:ſed vide vnū caſum vere exceptum in.c.ſta
tuimus.de ſen.excō.li.vj.vbi nō tenet excōicatio lata in par-
ticipātes cū excōicato monitione nō pmiſſa.⁊ ille tex. opti-
me pbat ſententiā tenere in alijs caſib⁹:arguēdo per locuʒ a
ſpeciali.⁊ illud.c.ſtatuimus.eſt reſtringendum prout ibi not.
p Abb.⁊ Jo.an.ſic intellige glo.in.d.c.ſacro.q videt ſibi con
trariari.ſed optime loquitur diſtinguendo ſcōm predicta.
14 ¶ † In glo.in ver.ſi quid propriū ibi.ſ.eod.nicolao.vbi hoc
expediatur latius.⁊ in.c.ſepe.ſ.eo.tit. Sed circa hoc et circa
tex.oritur dubiū quis faciet iſtā condēnationē expenſarum.
vide Fede.conſi.xxxi.⁊ vera concluſio eſt ꝙ ſi iudex ad queʒ
pronuntiabit male appellatum:indubie faciet condemnatio
nē expenſarū.c.vt debitus.ſ.eo. Si vero plene non cognouit
ſed pnūtiauit appellationē eſſe deſertā ⁊ ſe nō eſſe iudicē cō-
petentē idē eſt dicendū:qꝛ ex quo fuit iudex in cognoſcendo
an ſua eſſet iuriſditio:eſt etiā iudex in acceſſorio vt condēnet
temere litigantē in expēſis.vide tex.no.in cle.j.de reſcrip.vi-
de bonā glo.in.c.vlti.eo.tit. Si vero iudex ad quē nunꝙ fuit
aditus:ſed iudex a quo reaſſumpſit iuriſditionem deſerta
appellatione tūc ipſe faciet hanc cōdemnatoriā:⁊ agetur ad
iſtas expenſas nō ſolū officio iudicis ſed ꝯditione huius de
15 cre.⁊ hoc vltimū videt ꝓbare iſte tex. ¶ † In ſi.gl.no.glo.ex
qua habes ꝙ vbi id qd eſt ſoluendū eſt pena reſpectu eius q
debet ſoluere:ſed reſpectu illius cui dʒ ſolui eſt intereſſe:tūc
propter inopiā debētis ſoluere fit condēnatio in penam cor-
poralē:vt hic iuncta gloſ.pbat in.c.ſi.ſ.de dolo ⁊ contu.vide
16 Hoſt.in.c.ſi.de reſcrip. ¶ † Sed circa predicta ⁊ tex. dubita
tur qs dicat nō habere ꝓpriū vt ſic euitet cōdemnationē ex
pēſarū.doct.ponunt exēplū in religioſis.xij.q.i.non dicatis.
Item in illis qui ex toto ſont impotentes ad ſoluendum.
17 ¶ † Secus dicunt in clerico habente beneficium licet nō ha
beat patrimoniū:dicunt enī hoc caſu ⁊ principaliter Hoſti.
ꝙ condēnabitur ⁊ ſatiſfaciet de redditibus beneficij dūmo-
do eccleſia enormiter non ledatur.alleg.c.peruenit.de fide-
iuſſo.nec debet ſm eum haberi ratio confuſionis et inopie
ipſius delinquentis quaſi velit dicere qd non dimittetur ſibi
vnde viuat:ſed ſimpliciter debet ſatiſfieri prout hic dicitur
alleg.ſimile in epiſcopo vaſallo cōmittente feloniā idest deli-

a ¶ In corrigēdo. Facit qd qñ iudex eſt nimis ſeuerus in corrigēdo pōt ꝓpter nimiā ſeueritatē et ſeuiciā repelli ab officio. ita ſingu. Bart.in.l.j.in vltimis verbis.ff.de iure pat.ſequitur do. Jaſ. in addi. ad Chri.por. iſti. de his q ſont ſui vel alie. iur.l. iiij. addi.qd eſt not. Aeneas de falco.
☞ Sebaſti. Sapia.

b ¶ Excōicatio.vide Rotā deciſ.x. ſub ti.de ſen.exc. incip.no.ꝙ excōicatio in antiqs et in nouis deciſi.lſ. incip.itē ſi cōmittatur.ver.ſed pone. Jnno.in.c.ſin. col.pe.ſ.de pben.

c ¶ In vita ſua. Adde Ro.conſi. cclxxxiij. Oldra.

d ¶ Et teſtari. Adde Bal.conſi.ccclxxiiij.li.ij.
☞ Sebaſti.Sapia.

e ¶ Bñficiati. An clericus teneatur de redditibus beneficij vltra ꝙ facere pōt late tangit.d.Alexā.in.l. cēturio.ff.de vulga.⁊ pupil. Moder.in.l. miles.ff. de re iudic.Abb. in.c.odoardus.ſ. de ſolutio.

f ¶ Noie eccleſie. Adde Ro.conſi. cclxix.

c ctum contra dſm feudi. Nam priuat in vita ſua[c] illo feudo
qd eſt de mente ipſius. vt in.c.ſi clericus vel eps.de ca. con.in
li.feu.hác opi.ſeqtur do.Anto.quicqd ſenſerit Archid.in.c.
ſtatuti.de reſcript.lib.vj.⁊ videt ſequi do.Anto. diſtinctio-
nem glo.in.c.preſenti.de offic.ordi.lib.vj.vbi gloſ.diſtinguit
an et quando clerici faciant fructus ſuos quaſi de illis quos
facit ſuos teneatur ſatiſfacere put hic dicitur. ſecus de his
quos non facit ſuos.⁊ in veritate voluit Hoſtien.lʒ hoc non
18 declaret latius ponit.d.c.peruenit. ¶ † Aduerte quia veri-
tas huius queſtionis dependet ab alia. Nunquid clerici fa-
ciant fructus beneficiorum ſuos vt poſſint diſponere ad li-
d bitum ⁊ teſtari.[d] Ego ſemp tenui contrariā ſententiā ſequē-
do Archi.in loco preallé.⁊ Jo.de lig.in cle.gratie.de reſcri.
19 ⁊ dicam in.d.c.peruenit. ¶ † Vide ho.tex.iuncta gl.in.l.non
eſt ignotum.C.de admi.tu.vbi ſi tutor inſtituit litem calum-
nioſam tenetur ſoluere expenſas de ſuo ⁊ non de bonis pu-
pilli:licet egerit nomine pupilli. Item dicit glo.ſing.in pre-
lato quam tenebis ſemper menti:quia ſaltem nemo poterit
illaʒ negare quando eſt talis prelatus qui non facit fructus
ſuos vt epiſcopus vel alius prelatus religioſus et ſimiles.
Aduerte tamen quia plus vult illa gloſſ.vt non ſolum con-
dēnet etiā qñ inſtituit litē calūnioſam noie ꝓprio: ſed etiam
20 nomine eccleſie ſue. ¶ † Et ꝯclude latius ⁊ clarius predicta
ſic:ꝙ aut clerici condemnentur in expenſis in cauſa propria
aut in cauſa quā agitaret noie eccleſie. Primo caſu indubie
mādatur executioni in bonis patrimonialib⁹ ſi qua habent
vt hic ⁊ facit.c.de multa.de pbē.iūcta glo.in ver.de ſuis.ſi vo
nō hñt bona pr̄imonialia ſed bñficia ſic tunc reſpectu eorum
redditū q debēt cōuerti in vtilitatē eccłie nō dʒ executio fie-
ri p regulā delictū pſone.de reg.iu.lib.vj.⁊ ſentit Hoſti. hic.
Sed reſpectu illorū redditū q debēt ꝯuerti in vtilitatē pſo-
ne ipſorū clericorū eſt dubiū.⁊ tenendo opi.quā.ſ.tenui:cre-
do etiā ꝙ ad tales redditus non debēt manus extēdi.⁊ nō q
eccleſia tenetur clericos alere ad ſui decorem nec tenet ſuas
cōdēnationes ſoluere. Unde ſi clericus nō venit alēdus non
tenet eccleſia in aliquo contribuere. Debet eñ clericus par-
ticipare de bonis eccłie quatenus indiget ad neceſſitatē ſui
victus ⁊ nō aliter. vt in.c.eps.x.q.ij.⁊.xij.q.i.§.ſi.cum.c.ſequē.
⁊ vide de hoc qd dixi in.c.olim.ij.de reſti.ſpo.⁊ in.d.c.peruenit.
de fideiuſ.ſed attenta conſuetudine generali ſm quam cleri-
e ci perſonaliter beneficiati[e] faciunt fructus ſuos iuxta diſtin-
ctionem gloſ.d.c.preſenti.poſſet admitti opi. Hoſtien.dum-
modo clerici non mendicarent quia hoc redondaret in op-
probrium eccleſie.xciiij.diſtin.diaconi.et ſic indirecte puni-
tur eccleſia ꝙ fieri non debet.argu.regule delictum preall.
21 ¶ † Aut clerici litigarunt nomine eccleſie:[f] et tunc aut col-
f legiater et mandatur executioni in bonis eccleſie quia de-
lictum prelati communicato conſilio capituli nocet eccleſie
preſertim in iudicio ſaltē in hac condēnatione.pro quo alle-
go caſum in.c.j.de do.⁊ contu.vbi hoc probatur etiam in re-
ligioſis.facit quod leg.et no.in.c.ij.de or.cog.⁊ in dicta regu-
22 la delictum. ¶ † Aut litigauit ſolus prelatus ⁊ tunc ipſe cō-
demnari debet in expenſis de ſuo:vt tex.iuncta gloſ. in.d.l.
non eſt ignotum.C.de admi.tut. Nõ enim videtur ſibi man-
datum vt cauſam iniuſtam promoueat. vt.l.ſi procura.ff.de
cōdi.inde. Et idem eſt in omni adminiſtratore generali agi-
tante ſeu litigante ſine iuſta cauſa vt ibi no.dicit Bart.ſi ve-
ro prelatus non habet vnde de ſuo ſoluat ſatis poteſt dici qd
dixi in primo membro.

Additio. ſecunda. Et hec ſofficiant ad hunc arti-
culum que no.diligenter et tene ſemper
menti quia ſunt vtilia dicta.

1 ☞ Judex a quo cognoſcit de cauſa:ſi appellās non proſe-
cutus eſt in termino ſuam apellationem.
2 Terminus ad appellationem ꝓſequendam non poteſt dari
a iudice a quo.⁊ eſt in arbitrio ſuo dare vel non et ſi dat vel
non dat non grauat partes.
3 Judex recuſatus poteſt cauſam alteri committere.

1 AD hec. ¶ † Judex a quo nō obſtante ap-
pellatione cognoſcit de cauſa ſi
appellans nō proſeqtur.hoc primo. Judex vt ſu-
ſpectus recuſatus poteſt alteri cauſam commit-
tere.hoc ſecundo ſm vnum intellectum.de hoc tamen vlti-
mo dic vt plene dicam in.c.cum ſpeciali.ſ.e.dico pleniſſime
in repe.c.ſi quis contra clericū.de foro compe.duo ſunt dicta
Secundum ibi:aut ſi. ¶ Caſus literalis. Vertente cauſa in-
ter aliquos coram iudice ordinario vna partium appella-
uit nec appellationem proſequebatur. Judex conſuluit pa-
pam quid agēdum eſſet. Rñ.pa.ꝙ debet appellantē appel-
latione remota cōpellere vt appellationē ſuam proſequatur

infra

↪ Sebaſti.Sapia.
a ¶ Eſt ergo. Ui/
de ad hec que co/
pioſe no.do. Fel.
in.c.exceptionez.
colū.iij.§. de ex/
ceptio.vbi ponit
quō cognoſcatur
q ſint in mero ar
bitrio iudicis et
que non.
b ¶ Item ꝙ in ap/
pellatione inter/
locutoria haben/
te vim diffinitiue
non ſit exprimen
da cā tenet Bal.
in.l.in minorib⁹.
C.de his quib. vt
in di.cir. mediū.ꝛ
Bald.in.l.i.C. qñ
prouo.nō eſt nec.
ꝛ idem ſentit do.
Anto.in.c. cū ceſ
ſante.in. viij. col.
ver.ex his decidi
tur.ſ.eo.dū dicit
cle.appellāti non
habere locum in
ſnia appellatio/
nis deſerte.ꝛ pro
horū limitatione
vide Fede.in ꝯſ.
clxxxij.quem re/
fert.d. Abb.in.c.
tuā. vltra me.de
or.cog.ꝛ vide ibi
do. Anto.in. vij.
col.ꝛ adde hic cū
dē l.o.c.cū ceſſan
te.in.v.col.vbi di
cit qđ de interlo/
cutoria habente
vim diffinitiue
idē iudicandū eſt
ꝙ de diffinitiua.
ad hoc vid qđ no.
d.Abb.poſt cal.
in.c.ad diſſoluen
dum.circa pn.de
deſpō.impu. Itē
adđ h Imo.poſt
Ang.in.l.ſi ſic.in
princ.ff.de lega.i.
vbi dicit ꝙ ſtatu/
tum loquens de
mera diffinitiua
hʒ locū in inter/
locutoria habēte
vim diffinitiue.đ
quo etiā dicit ha/
beri p Angt.in.l.
ſtipulationū alie
ff.de ver.obli. Et
ꝙ interlocutoria
habēs vim diffi/
nitiue nō regulef
vt mera interlo/
cutoria:ſʒ potius
vt diffinitiua te/
net Imo.in.l. ſti/
pulationū alie.in
princ.ꝛ alle. Joā.
and.in hoc.c. pro
quo vide gl.in ꝟ.
ad nos. reputatā
ſing.in.c.i.de ele.
in.vi.et oīno do.
ſup eo.ꝛ cum hac
opi.concor.do.de

infra terminum ſibi prefixum:vel vt ſtet iuri co/
rā ipſo hoc eſt coram ſuo iudice. In ſi.dicit ſi ali/
qua partiū iudicē habet ſoſpectū te inſiſtente iu/
2 dicē eligat q cauſam dirimat. Ber. ¶ † Not.i.ibi
fas tibi ſit.ꝙ iudici a quo: nō imponitur neceſſi/
a tas prefigēdi terminū ad appellandū. Eſt ergo[a]
in facultate ſua vtrū velit prefigere terminum vel
eū relinquere diſpoſicioni iuris cōis hoc probat
illud verbū fas.non eñ importat neceſſitatē ſicut
nec verbū pōt.l.ſepe.ꝛ.l.generaliter.ff.de offi.pſi.
ꝛ.c.cōſuluit.de offi.dele.ꝛ hoc tenet Hoſt.hic ꝛ in
hoc tene menti iſtū text. Non ergo iudex grauat
partē prefigēdo vel non prefigendo cū ſit in mera
facultate ſua.puto tamē ꝙ vbi eſſet ſuſpicio ap/
pellationis fruſtratorie ꝙ iudex peccaret nō pre/
figendo terminū qꝛ dʒ obuiare malitijs hominuʒ
qui qñqʒ appellāt vt differāt litē p annū vel bien/
niū.alle.tex.ſ.c.prorogi.in ver.mādamus.facit.c.per
3 uenit.§.c. ¶ † Secūdo no.in ver.aut ſi.ꝙ ſi iudex
excuſatus nō vult contēdere de iuſtitia recoſatio
nis non deuenitur ad electionē arbitrorū.ſed pōt
ipſe partes compellere vt iudicē eligāt cui ipe cō
mittet vices ſuas.ꝛ iſte eſt vnus intellectus hui⁹
litere.pōt ſecūdo intelligi ꝙ debent partes elige
re iudicem ideſt arbitrum qui dirimat queſtionē
ſuſpicionis.ſed de hoc dicendum eſt vt dicam in
d.c.enim ſpeciali.ſ.eo.tit.
1 ¶ Canonicus poteſt cogi vt faciat reſidentiaʒ
in eccleſia vbi habet prebendā poteſt tñ clericus
a tali coactione aliquo caſu appellare.6.10.
2 Canonicus de iure cōi tenef perſonaliter reſide/
re vbi habet prebendā an autē valeat conſuetudo
vt poſſit per aliū ſeruire.vide remiſſiue.
3 Clericus dō faciēs reſidentiā in ſuo bñficio ſuffi/
cit ꝙ extraiudicialiter moneatur:ꝛ poſtea poteſt
de facto ſpoliari beneficio.
4 Appellari poteſt a precepto ſeu monitione extra
iudiciali.
5 Judex a quo poteſt ſtatuere terminū appellanti
quando contra eum eſt preſumptio qđ calūnioſe
appellauerit.
7 In appellatione ab interlocutoria habente vim
diffinitiue:an ſit opus inſerere cauſam.9.
8 Interlocutoria habens vim diffinitiue:an regu/
letur ſcđm naturā diffinitiue. Quedam exempla
circa interlocutoriā habentē vim diffinitiue.9.
9 Appellatio ab interlocutoria quare reqrit cauſe
expreſſionem.
11 Appellaf de iure ciuili ab interlocutoria quādo
poſt ipſam non expectatur alia diffinitiua.

Peruenit. Si canonicus ad reſidentiā monit⁹ appellat ſtatuif ſibi terminus ad ap/
pellationē pſequendam:ꝛ interim de/
ſeruitur beneficio per vicariū de fructib⁹ benefi/
cij ſuſtētandum.ꝛ ſi appellationeʒ non pſequitur
vel reſidentiā nō facit priuaf prebēda. In primo
ponif deciſa cōſultatio.ſcđo reſpōſio ibi:cū antē.
q̄ tria facit q̄ p ſe patent. ¶ Caſus literalis. Eps
ſaliſburgeñ.monuit Gui.canonicum ſuum vt in
eccleſia ſua reſidentiam faceret.ille appellauit qſi
uit epo a papa quid ſuper hoc faceret. Manda/
uit papa epo quatenus illū moneat vt in eccleſia
reſidentiā faciat vel infra terminū cōpetentē iter
arripiat eā pſequendi.interim vero vices eius in
predicta eccleſia cōmittat alicui honeſte perſone
ꝛ de beneficio illius ei puideat:ꝙ ſi alterum iſto/
rū nō fecerit prebenda ipſa priuet eundē ꝛ eā alij
1 cōferat qui ibidē ſeruiat. Ber. ¶ † Not.i.canoni/
cum poſſe cōpelli ad reſidētiam faciēdam in eccle
ſia ꝛ ad deſeruiēdum perſonaliter eccleſie vbi ha/
2 bet prebendā. ¶ † Et ex hoc ꝛ ex tex.infero qđ de
iure cōi non poteſt etiā canonicus per aliū deſer/
uire.ad hoc.c.cōquerente.ſ.de cleri.nō reſi. nūqd
valeat cōſuetudo in oppoſitū.dic vt plene not.in
c.cū oēs.§.de conſtit.ꝛ maxime vertitur dubium.
nunquid valeat cōſuetudo vt etiā per aliuū non
teneaf deſeruire.plene dico in repe.§.qui vero.in
3 c.extirpāde.de preben. ¶ † Secūdo not.ꝙ ad fa/
ciendā reſidentiam in beneficio non requirif ne/
ceſſario citatio iudicialis ſed ſufficit monitio ex/
traiudicialis nec etiam requirif ſententia priuat
contra nolentē reſidere ſed ſufficit ſpoliatio facti
facit tex.vt in.c.ex tue.de cle.nō reſi.ꝛ ita cōſuluit
Oldr.per multa iura dicam latius in.d.c.ex tue.
4 ¶ † Tertio no.ꝙ a precepto ſeu a monitione ex/
traiudiciali pōt appellari ſi ex tali pcepto pars
5 leditur. ¶ † Item no.ibi:mandamus ꝙ ſi pſum/
ptio malitie eſt cōtra appellantē debet iudex ſibi
prefigere terminum ad appellationem proſeqnē/
dam.ad hoc allegaui iſtum text.§.c.pxi. ¶ Ulti/
mo no.caſum in quo in beneficio ponif vicarius
tēporalis.vtrū autem licitum ſit clerico cōſtitue/
re talem vicarium temporalem ſine autoritate ſu/
perioris.vide tex.in.c.cum ex eo.de elec.li.vj.ꝛ ibi
6 per Joā.and. ¶ † Poteſt etiam colligi ex tex.ꝙ
valet appellatio interpoſita per clericum ne per/
ſonaliter teneatur reſidere in beneficio ſuo:quod
intellige ſi pretendit iuſtam cauſam non reſiden/
di.ꝛ ſic poteſt ſolui contrarium de.c.relatum.ſ.de
cleri.nō reſiden.vbi talis appellatio non admit/
titur.nam ibi beneficium erat curatum et promi/
ſerat reſidere.ꝛ nulla cauſa legitima allegabatur
in contrarium. ¶ In gloſſ.ij.ibi: admittitur hic
fruſtratoria appellatio. Gloſſ.ſentit qđ admitte/
batur olim fruſtratoria appellatio quod profe/
cto non eſt verum ſi conſtabat eam eſſe fruſtrato/
riam.vt in.c.ad noſtram.ꝛ in.c. ſuggeſtum.§. eod.
ꝛ in.c.conſuluit.ſ.eo.ſed bene admittebatur olim
appellatio ante ſententiam non expreſſa cauſa q̄
per ſeipſam erat fruſtratoria. Nec obſtat iſte text.qꝛ
hic non preſupponitur quod illa appellatio eſſet
fruſtratoria:ſed preſumebatur.et hoc ideo qꝛ pri/
ma fronte erat contra diſpoſitionem iuris cum
de iure cōmuni teneretur reſidere in beneficio: ſʒ
quia illud ius commune habet multas exceptio/
nes.vt in gloſ.ſ.ideo olim admittebatur iſta ap/
pellatio cauſa non expreſſa:quia poterat verifica
ri in caſibus exceptis. Hodie autem neceſſe eſt ex
primere cauſaʒ rationabilem.vt in.c.vt debitus.
7 allegato in glo. ¶ † Abbas tamen nititur ſalua
re hoc.c.etiam ſm iura hodierna quia cum iſtud
preceptum de reſidendo haberet vim diffinitiue
non erat opus exprimere cauſam in appellatio/
b ne[b] nec in mera diffinitiua.vt in.l.ij.ff.eodem.
8 ¶ † No.bene hoc dictum Abb.ſentit enim qđ in c
c terlocutoria[c] hoīs habens vim diffinitiue regu/
latur ſm naturā diffinitiue. Idem ſencit Specu.
eo.ti.§.in quib⁹.ver.ſʒ nūqd. Jo.an.videtur velle
diſtinguere vtrū talis interlocutoria proferatur
lit.cōte.vel ante p no.in.c.dudū.el.ij.§.de electio.
quaſi velit dicere ꝙ ſi ferf lit.cōte.regulaf ſm na/
turā diffinitiue.ſi ante ſm naturaʒ interlocutorie
forte fuit ipſe motus hac rōne qꝛ añ lit.cōteſt.non
pōt ferri diffinitiua quātūcūqʒ p confeſſionem li/
queat de cauſa:ſʒ ſit quoddā preceptū de ſoluēdo
nec daf tantū tps ad ſoluendū ſicut daf condēna
tis p ſnlam.not.in.d.c.dudū.ij.q.i. nos in quenqʒ.
Bar.in.l.nō fatef.ff.de ꝯfeſ.videf velle ꝙ vbicūqʒ
ſit preceptū cauſa plene nō cognita nunqʒ hʒ vim
diffinitiue.vide gl.no.q̄ hoc ſentit iūcto text.in.c.
ex parte.el.i.ſ.de ver.ſig.do.de Ro.deciſ.lxxxi.vi
denf diſtinguere vt quo ad effectū reuocandi ſor/
tiaf naturam interlocutorie.vñ dicūt qđ ſi iudex
pronūtiauit appellationē eſſe deſertā poſt illam
ſentētiā interlocutoriam reuocare lʒ habeat vim
diffinitiue:ſentiūt tñ hoc pcedere ſi fuerit appel/
latū:ſʒ quo ad effectū cle.appellāti.eo.ti.ꝛ.c.vt de
bitus.ſ.eo.dicūt ꝙ hʒ vim diffinitiue.ꝛ ſic in hoc
ſentiūt cū abbate.vide p Arch.ꝛ Jo.mo.in.c.cu
piētes.de elec.lib.vj.vbi ſentiūt eam habere vim
interlocutorie:ꝛ in hoc multe ſunt diuerſitates.
vide Bar.in.l.qđ iuſſit.ff.de reg.iu.in fin.ꝛ in.l.ti/
tia.ff.de accu. Ego in hoc articulo ad has opi.con
cordandas ponerē hanc concluſionē: qđ interlo/
cutoria hominis habēs vim diffinitiue nō regu/
laf ex toto vt diffinitiua nec vt interlocutoria:ſed
trahitur qñqʒ ad naturam interlocutorie: qñqʒ
ad naturam diffinitiue ſm qđ magis participat
de diffinitiua vel interlocutoria. Hec interlocu/

Ro.deci. lxxxij.
incip. itē a ſnia q̄
ſuper attētatis ꝛ
Spec.in ti.de ap.
§.in quib⁹.ver. ſʒ
nunqd hic.ꝛ Fe/
de.in ꝯſil.cxcviij.
inci.caſus eſt ta/
lis lata fuit ſnia.
Sed in ꝯtrium qđ
imo reguletur ta
lis ſnia vt mera i
terlocutoria. vid
Bar.in.l.titia.ꝟ.
nūc pro declara/
tione.ff.de accuſ.
cum quo concor.
Bal.ꝛ Imo.in.l.
ioſte.ff.ne acqrē.
poſ.ſʒ de hoc vi/
de p.d. Ant.in.c.
ſua nobis.in ſi.ſ.
eo.ꝛ p Bald.in.l.
cōſentaneū.in.ij.
colū.C.quō et qñ
iu.ite vide qđ de
iſta interlocuto/
ria habente vim
diffinitiue no.gl.
in.l.cum a repul/
ſione.ff.de appel.
ꝛ.d. Ant.in rub.
de re iu.itez vide
Arch.xx.diſt.in
ſum.circa me.vbi
dicit ꝙ appellās
a ſnia lata ſup ex
ceptione pempto
ria non pōt pſeq
aliam cām q̄ ex/
preſſam cū ſit in/
terlocutoria ꝛ ita
dicit pbari in.c.
dilecto.de appel.
↪ Sebaſti.Sapia.
¶ Interlocuto/
ria. Uide Cardi.
in ꝯſ.lxxiiij.icip.
titius dunc ſont.
ver.ad quintum.
Fede.de ſe.in ꝯſ.
cxcviij. incip.ca/
ſus talis eſt lata
fuit ſnia. Roma.
in ꝯſ.cli.in prin.
cū moltis allega
tis p Fel.in rub.
§.de re iudi.colū.
iij. circa interlo/
cutoriā habētem
vim diffinitiue.

toria hois habens vim diffinitiue eſt quoddam
mediū inter pure diffinitiuā ⁊ pure interlocuto-
riā.non eñ eſt pure diffinitiua:qꝛ non imponit fi-
nem toti cauſe.nō eſt pure interlocutoria:quia nō
ſpectat aliam ſniam diffinitiuā poſt ſe. exemplū:
qꝛ iudex ꝓnuntiat ſe nō iudicē cōpetentē:vel non
eſſe reſpondendum libello tanꝙ inepto.vide gl.
in clem̄.j.de ſequeſt.ſi ergo hec ſnīa tenet quoddā
mediū debet trahi ad naturā alterius extremoꝝ
ſm ꝙ magis participat cū illo extremo. Similr
in hermaphrodito.iiij.qō.iij. hermaphroditus.l.
querit.ff.de ſta.ho.Simile etiā de tacente qui te
net medium inter contradicere ⁊ cōſentire. vnde
qn̄qꝫ habetur pro cōſentiēte qn̄qꝫ ꝓ cōtradicente
ſm ꝙ magis participat cum natura alterius ex-
tremoꝝ.vt plene no.maxime per Dyn.in regula
is q tacet.de re.iur.li.vj.dixi in.c.nonne.de ꝑſum.
Et ideo bonus iudex habebit diſcurrere ꝑ ſingu-
los actus.⁊ cauſa exēpli vt intelligant̄ preceden-
tia diſcurramus per tres actus.nā aliter appel-
latur a diffinitiua aliter ab interlocutoria: cum
alia ſolēnitate fertur diffinitiua:cū alia interlo-
cutoria.Interlocutoria poteſt per iudicē reuoca-
ri:diffinitiua nō.Nunc eſt dubium qualiter regu-
labitur interlocutoria habens vim diffinitiue.
9 ¶ † Dico eñ ſm cōcluſionē premiſſam attingē-
a do pͥmum actū ꝙ ſi interlocutoria [a] eſt talis q̄ fi-
nit iuriſdictionē iudicis ſiue officiū ſuū in illa cau
ſa dꝫ appellari tāꝙ a diffinitiua:puta ſi ꝓnuntia-
uit ſe iudicē nō cōpetentē iuxta no.in.c. ſignificā-
tibus.de offic.deleg.⁊ in aut.habita.C.ne fi.ꝑ pa.
vbi per gloſ.Nam hoc caſu ceſſat ratio quare ius
voluit cauſam exprimi in appellatione ab inter-
locutoria vt ſcꝫ debitus honoꝛ deferat̄ iudici. Nā
ex quo pōt ꝯſequi iuſtitiā corā iudice nō dꝫ ab eo
recedere ꝑ appellationē niſi expꝛſſa rōnabili cau-
ſa.vt in.d.c.vt debit⁹.Sed ſm exēplū premiſſum
nulla iniuria fit iudici cū ꝓnūtiauit ſe non iudicē
ergo dꝫ trahi ad naturā diffinitiue:ſed ſi eſt talis
interlocutoria que nō finit officiū iudicis:ita qō
poſſum ab eo iuſtitiā ꝯſequi tūc dꝫ regulari tāꝙ
interlocutoria:qꝛ magis trahit̄ ad naturā inter-
locutorie rōne predicta.Exēplū ſi iudex pronun-
tiauit nō eſſe reſpondendū libello tanꝙ inepto.
nam exprimendo cauſam rationabilē corā eo po-
teſt ipſe mutare ſentētiā ſuā.vt in.d.c.cū ceſſante.
idem per oīa dic quo ad ſecundū actū.nam ſi iſta
quaſi diffinitiua habet omnē effectum diffinitiue
ſeruabitur ſolēnitas que in diffinitiua ſeruanda
eſt:alr̄s ſecus.¶ Quo ad tertium actum.ſ.reuoca-
tionis dicā plene in.c.cū ceſſante.j.eo.vbi melius
cadit.⁊ ꝑ hec opiniones cōtrarie poſſunt ad con-
10 cordiā reduci.¶ † In glo.in verſ.aſſignes.in fi.
Ex hac glo.collige duas rationes quare penden
te appellatione fit hic illa innouatio. Pꝛima eſt
ſpecialis.ſ.in fauorē eccl̄ie ⁊ cultus diuini.Secū-
da eſt magis generalis ⁊ notabilis videlꝫ ꝓpter
preſumptionē que erat cōꝑa iuſtitiā appellatio-
nis.nā preſumebat̄ fruſtratoria ⁊ docto.circa hoc
multū inſiſtunt.Sed vt clare habeas materiam
conſidera duos caſus.Pꝛimus ſi iſte canonicus
pretendebat non debere reſidere perſonaliter:nō
tñ negabat quin per ſubſtitutum.Scḋs caſus qn̄
pretendebat nullo modo teneri ad reſidentiā nec
per ſubſtitutū.forte ex pͥuilegio vel conſuetudi-
ne.¶ Pꝛimo caſu nullus fauoꝛ hic cōcurrit nec
preſumptio appellationis iniuſte:ſed mera iuſti-
tia exercet̄:qꝛ cū negaret quin ſaltē per ſubſtitu-
tum deberet deſeruire fruſtra expectaretur euen-
tus cuius nullus eſſet effectus.vt in.c. cum con-
tingat.de offi.delega.Nec fit hoc caſu innouatio
contra appellationem.facit.c.nobis.de electio.
¶ Secūdo caſu militat cōtrariū gl.⁊ tunc potes
cōiungere illas duas rōnes gl.ꝙ hic fit iſta inno-
uatio:tum ꝓpter fauorē cultus diuini vt ne ap-
pellatione exiſtēte friuola priuet̄ interim eccleſia
ſuffragio iſtius:tum propter preſumptionem fri-
uole appellationis.Ex his habes caſum notabi-
lem in quo aliquid innouatur contra appellatio-
nem que recipit̄ a iudice.ſimile in.c.ſi.de eo q mit.

in poſ.⁊ qō ibi dixi.⁊.c.cū perſone.in fi.de pͥui.lib.vj.Reſpectu vō fa-
cultatis appellandi de iure ciuili dic ꝙ trahitur ad naturā diffinitiue
qꝛ nō pōt amplius reuocari grauamē niſi nūc appellet̄ iuxta ea q̄ dixi
11 ſ.eo.ſuper eo.¶ † Et vide ad materiā qō no.Cal.in.c.ad diſſoluendū
de deſpon.impu.⁊ Fede.conſ.cxij.⁊ Bar.in.l.titia.ff.de accuſa.vbi te-
net qō.ſ.dixi ꝙ de iure ciuili poteſt appellari ex quo non expectat̄ alia
diffinitiua.ideo in hoc excedit naturā diffinitiue.ſꝫ reſpectu ſolēnita-
tis ꝓnuntiandi hꝫ vim interlocutorie:qꝛ nō eſt neceſſe ꝙ conſeruet̄ ſo-
lēnitas de qua in.c.ſi.de re iudi.li.vj.Et forte hec opinio verioꝛ:qꝛ cum
non decidit totam cauſam principalem nō eſt ſeruāda tanta ſolēnitas
cum non agatur de tanto preiudicio.
1 ¶ Appellatio que eſt manifeſte ꝯtra ius non eſt regulariter admit-
tenda:niſi exprimatur aliqua rationabilis cauſa.
2 Papa exercet iuriſditionē in laicos etiā infideles:in concernentibus
decoꝛem chriſtiane religionis etiam peccato ceſſante.ꝫ.
4 An a diſpoſitione ſtatuti poſſit appellari.
5 Statuta iniqua qn̄ fiunt poteſt vnuſquiſqꝫ contradicere vel appellare
ſiue pretendat intereſſe ſiue non.
Tacens in his que tenetur contradicere ⁊ non cōtradicit:habetur pro
conſentiente.
6 Officialis an teneatur dimittere officiū:ſi non poteſt alicui iniuſte rei
obuiare:vide remiſſiue.

Conſuluit. Appellatio cōtra canones nō admit-
titur.vel latius ſic.A iudice iuris di-
ſpoſitionem exequente nō appellat̄.Secūda ibi:non conue-
nit.Et intellige hanc literā duobus modis.Pꝛimo ꝙ cum
epꝯ cōpelleret iudeos vt dimitterēt mancipia chꝛiſtiana in ſua liberta
te cum non ſit licitū eis ſm iuris diſpoſitionem habere ſeruos chꝛiſtia
nos:appellabat̄ ab eo per regē Francoꝝ qui interponebat appellatio
nem in fauoꝛē iudeoꝝ a quib⁹ forte multa cōmoda percipiebat.Secū-
do modo poteſt intelligi ꝙ nō appellebat hic Rex ſed appellabat̄ ab
eo qui tanꝙ miniſter eccleſie compellebat iudeos vt dimitterēt ſeruos
chꝛiſtianos.⁊ vtraqꝫ lect.poteſt adaptari litere nec mutatur iuris di-
ſpoſitio.nam vtroqꝫ caſu appellatio erat contra diſpoſitionem iuris:
1 merito non erat admittēda.¶ † No.qō vbi appellatio manifeſte eſt cō
tra ius non tenetur iudex ſuperſedere:imo debet ꝓcedere ad executio
nem iuris.hoc intellige niſi allegetur aliqua rationabilis cauſa in qua
forte illud ius generale fallit.vt probatur.ſ.c.proxi.ad idē.c. romana.
eo.ti.lib.vi.hoc tamē eſt verū ꝙ vbicūqꝫ generalr̄ a iure interdicit̄ ap-
pellatio nō tenet̄ iudex ſuꝑſedere executiōi.niſi exprimat̄ aliqua ratio
nabilis cauſa iuri cōformis.de quo per Inno.in.c.paſtoralis.§.preter-
2 ea.de offi.dele.¶ † Secundo no.ex tex.iunctis iuribus alle.in glo.qō
papa in cōcernentib⁹ decoꝛē chꝛiſtiane religionis etiā peccato ceſſante
poteſt ſtatuere inter laicos ⁊ infideles.nā nullū peccatū ineſt vt iudeus
habeat ſeruum chꝛiſtianum:ſed dedecorat ⁊ degenerat chꝛiſtianam re
ligionem:⁊ ſic habes vnū caſum notabilē ⁊ generalē in quo papa exer
cet iuriſditionē inter laicos etiā infideles ⁊ gn̄aliter quā poteſtatē hꝫ
b papa circa infideles.[b] vide not.ꝑ Inno.in.c.ſup his.j.de vo.vbi dicet.
3 ¶ † Ultimo no.regē ſecularē etiā ſupioꝛē nō recognoſcētem non poſſe
in regno ſuo ſtatuere vt iudei habeant ſeruos chꝛiſtianos.hoc ideo qꝛ
pꝛincipes ſeculares ſubſunt pape in concernētib⁹ ſalutē anime vel de-
coꝛē chꝛiſtiane religionis.xcvj.di.in.c.duo.vide tex.in.c.j. de ho.lib.vj.
¶ In glo.ſi.Et ratio ſpecialitatis eſt:qꝛ ius neminem grauat: ita nec
ius exequēs.xxiij.q.iiij.qui peccat.l.gracchus.C.de adul.ergo non pōt
appellari cū immediata cā appellationis ſit grauamē iniuſtū:vt in.c.
4 ſuggeſtū.in fi.ſ.eo.¶ † Et hec faciūt ad queſtionē nūquid a ſtatuto lo-
c ci poſſit appellari.[c] Bart.ponit in.l.oēs populi.ff.de iuſti.⁊ iur.in repe.
in vlti.q.v.q.pͥn.⁊ in.l.ſi.de appel.reci.in effectu facit tria mēbra qō ſi
ſtatutū eſt generale effectu ⁊ verbis:non pōt appellari:ſic nec a lege cōi
vt in.l.ſi qua pena.ff.de ver.ſig.vide tex.de iure canonico in.c.qꝛ nos.j.
eo.ſm verū intellectū.Si vero ſtatutū ex verbis ⁊ re eſt perſonale:vt qꝛ
d cōcernit vnam perſonā[d] tm̄:tunc talis perſona pōt appellare.ar.in.l.j.
§.ſolent.ff.quando app.ſit.facit optime tex.in.c.cum oēs.ſ.de cōſtit.cū
ibi not.⁊ ratio huius dicti poteſt eſſe duplex. Pꝛima qꝛ ſtatutū debet
eſſe generale cum ſit quedam lex.iiij.diſt.erit autem lex.ergo nō debet
fieri ſtatutum in odium illius perſone tantum.Item tale ſtatutū pōt
dici quoddam pꝛeceptum ⁊ non lex.ſed a precepto iniuſto pōt appella
ri.vt.ſ.c.proxi.Tertium mēbrum qn̄ lex vel ſtatutum eſt generale quo
ad verba ſed in effectu eſt perſonale:⁊ idem qō in proximo caſu eiſdem
rationibus.nam non verba ſed mens legis conſideranda eſt regula ſi.
de reg.iur.lib.vi.l.non dubium.C.de legi.op.facit.l.j.in fi.ff.de doli ex-
cep.Et hec verba ſunt notanda.aliquid per Cy.in.l.ij.C.que ſit longa
conſue.tamen generaliter dicerem qō non ſit fienda differentia an ſta-
tutum ſit generale vel perſonale.ſed ſolum an contineat in ſe aliquam
iniquitatem:⁊ tunc poſſet appellari ⁊ vnus ſolus poteſt reſiſtere omni
bus ſtatutarijs.vt in.c.j.de his que ſiunt a maio. par.cap.lxv.diſtin.c.j.
5 ¶ † Uide pulchꝛum dictum Inno.in.c.j.prealleg.vbi dicit qō quan-
docunqꝫ ſtatutum iniquum editur vel aliquid iniquum ſit in vniuerſi-
tate quilibet pretendens intereſſe poteſt contradicere et appellare: et
ſi non pretendit intereſſe tenetur contradicere propter iniuſtitiā nec
ſufficit

Sebaſti.Sapia.
a ¶ Si interlocu-
toria.Ex his ſen
tit Abb.qō qua-
ten⁹ ſententia in
terlocutoria ha-
bet vim diffiniti-
ue nō hꝫ locū di-
ſpoſitio.d.c.vt de
bitus ꝙ etiā fir-
mat ex pluribus
Alex.in.l. in mi-
noribus.col.ij.C.
de his quibus vt
indi.⁊ Are.i ꝯſil.
xx.incip.in q̄ſtio-
ne.col.iij.⁊ in ꝯſi.
cxix.incip.in pre-
ſenti ꝯſultatione
Ang.de are.in.l.
eius qui.col.vj.ff.
de appel.reci.
b ¶ Circa infide-
les.Adde Oldr.
ꝯſi.xcj.⁊.cclxiiij.
Zacharias.
¶ Adde Hē.in
c.mulier.c.iij.et
ibi Celſiꝫ remiſ
ſi.in apo. ad ipm.
ij.q.i.Feli.in.c. in
dei.el.ij.col.ij.v.⁊
de hac materia.ſ.
de iudeis.⁊ dixi i
apo. ad iſtū in.c.
que in eccleſiarū.
in apo.in vſi. cir-
ca infideles poſt
alios. nu.v.ſ. de
conſti.
Sebaſti.Sapia.
c ¶ Appellari.vi-
de Feli.in.c.que i
eccl̄iarū.co.xviij.
⁊ in.c.cū oēs. col.
iij.ſ.de ꝯſti.Ioā.
de ana.in conſil.
lxxxi.⁊ And. ſic.
in.c.nā cōcupiſcē
tiam.colū.v.ſ.de
cōſtitutio.⁊ i ꝯſil.
clxxxiij. colū. iij.
volu.ij.⁊ in conſi.
cviij.col.iij.i. iiij.
volu.
d ¶ Unā perſonā.
Adde Ang.con-
ſilio.cxlix.

ſufficit tacere:alſ inuolueretur pena ⁊ peccato cũ aliis conſen
tientibus:q2 ex quo eſt in vniuerſitate tenetur malefactis con
6 tradicere. ¶ † Quid aũt ſi eſt officialis an teneatur dimittere
a officium ſi non põt aliter obuiare.ᵃ vide doct.in.c.aduerſus.
de immu.eccle.vbi dicetur.

1 ☞ Judex delegatus nõ põt ſe intromittere in cã ſi pars ad
uerſa ante notitiam commiſſionis miſerit ſuper dicta cauſa
nuntium ad ſuperiorem.

AD hec. Idez dicit qđ.c.nemini.⁊.c.ſuggeſtum.s.eo. Uel ſpãlius ſic. Qui añ citationẽ vel notitiã literarũ miſit nuntiũ ad papam appellare põt ne delegatus pcedat: ſecus ſi poſt. Et vtrũ hodie miſſio nuntij aliquid operetur dicã plene in.c.vt debitus.j.eo. Per hanc remiſſionẽ.c.iſtud eſt expeditum. ¶ Caſus literalis. Aliqua cã cõmiſſa eſt alicui appel. re.ille contra quẽ cõmiſſio facta eſt appellat dicens ſe p eadem cauſa nuntiũ ſuũ ad ſe.apo.deſtinaſſe:queritur an tali appellationi ſit deferendũ. Rñdet pa.q ſi conſtiterit iudici appellantẽ nuntiũ ad ſe.apo.deſtinaſſe anteq̃ partes eẽnt citate vel anteq̃ delegatio cauſe perueniſſet ad ipſum dz appellationi deferre:ſi vero poſt citationem fuit nuntius deſtinatus nõ tenetur appellationi deferre.hoc intellige ſz illã.j.c.
1 vt debitus. Ber. ¶ † No.j.q ſicut arreptio itineris pſonaliter facta ad ſedẽ apo.defendit itinerantez:vt interim nõ pcedatur contra eum ex quo ſine dolo itinerauit ad papam vt in.c.meminimus.⁊ quod ibi dixi.s.eo.ſic ⁊ nuntij miſſio defendebat mittentem ſuper cauſa in qua nuntium miſerat vt interim non teneatur reſpondere corã delegato impetrato per aduerſam partem ex quo ante notitiam literarum nũtium miſerat.ſed vtrũ hodie ſufficiat iſta allegatio.s. remiſi ad.c.vt debitus.

1 ☞ A nimia rigoroſitate ſuperioris licitũ eſt appellare.3.
Subditorum intereſt habere bonũ prelatum.
2 Appellatio iuſta ſi nõ admittatur iudex peccat ⁊ venit puniendus.7. Idem ſi iniuſtam admittat.
4 Prelato ẽt notorie crimĩoſo obediendũ eſt a ſubditis: niſi in quibuſdam caſibus ſpecialibus.5.
5 Contra ordinariũ nõ admittitur aliqua exceptio donec toleratur in officio.
6 Appellari poteſt a correctione ſuperioris corrigentis nõ ex iuſtitia ſed ex odio.
7 Judex a quo q nõ admiſit appellationẽ iuſtã q̃ pena puniatur tam de iure ciuili q̃ canonico.

DE priore. Qui non detulit appellatiõi interpoſite ad papam mittitur cũ literis ordinarij ad curiã puniẽdus. ¶ Caſus literalis. Quidam canonicus regularis appellauit a ſuo priore qui modũ excedebat in correctione q fecit eũ veſtibus vſq3 ad camiſiam ſpoliari.prior nõ obſt.ap. proceſſit enormiter cõtra illũ canonicũ.vñ cõqueſtus fuit do.pape. vñ mandat cuidam iudici vt ſi prefatus canonicus appellauit propter enormitates ſui prioris manifeſtas que reddunt ipſum notabilẽ ⁊ ipſe nõ detulit appellationi:cõpellat ipſuz ad apo.ſe.cũ lrĩs veritatẽ cõtinẽtibus venire ſatiſfacturum
1 de tanto exceſſu. Ber. ¶ † No.j.ſm vnũ intellectũ ſubditum poſſe ſuperiorẽ ſuũ pp̃ter exceſſus manifeſtos appellare ad ſuperiorẽ:⁊ iſta appellatio eſt quedã puocatio ad cãm: vt in c.cũ ſit romana.s.eo.nec ſit tibi mirandũ. nã ſicut ſubditus põt accuſare prelatũ ⁊ crimẽ ſuũ denuntiare ſuperioribus.c. lz heli.de ſimo.⁊ in.c.ex parte.c.olim.⁊.c.veniẽs.de accu.cum ſi.ita ⁊ eũ puocare põt ad cãm.intereſt eñ cuiuſlibet ſubditi
2 habere bonũ prelatũ.viij.q.j.audacter.⁊.c.qualis. ¶ † Scđo no.q nõ deferens appellationi etiam extraiudiciali puniendus eſt p ſuperiorẽ:ita crederẽ indifferẽter appellationi friuole ⁊ iniuſte.vide tex.iuncta gl.in.c.cũ appellationibus.eo. ti.lib.vj.vbi glo.appellat hanc delationẽ iniuſtã reatũ. et eſt ratio:q2 delatio eſt quedã interlocutoria q̃ dz eſſe iuſta:ſi ergo appellatio eſt manifeſte friuola peccat iudex cã admittendo.facit.c.j.de re iudi.li.vj.ſicut peccat non deferẽdo appellationi iuſte vt hic.nam cõtrariorũ eadẽ debet eſſe diſciplina. xxxij.diſt.hoſpitiolũ.⁊.c.intellecto.de iureiur. ¶ Tertio no. ibi:notabilẽ reddunt.q delicta ⁊ mali mores reddunt quem notabilẽ.i.infamẽ ⁊ nota infamie dignũ.ſicut eñ fama poteſt ſe habere ad bonũ ⁊ ad maluz.l.capitalium.§.famoſos.ff. de pe.p Bart.in.l.de minore.§.tormenta.ff.de qđ.ita ⁊ hoc verbum notabilis adaptatur ad viros moribus et origine generoſos ⁊ crimine infectos q2 iſte ſe reddit notũ aliis ex bonis operibus.alter vero ex moribus malis.c.ex pte ade. de teſti. ¶ In gl.j.ibi:modũ excedit in corrigendo ⁊c.pondera gloſ. q2 ſentit vnã lect.ad tex.vt intelligatur q iſte prior corrigebat iſtũ canonicũ.⁊ in corrigendo exceſſit modũ affligendo eũ cõtra iuris debitũ ⁊ propter hoc iſte canonicus appellauit ad papã. Hec lect.male poteſt ad text.adaptari:q2 hic nõ dr qđ appellauit a priore ad papã ⁊ ſic eum puocabat ad ſuperio
3 rem pp̃ter delicta ſua. ¶ † Sed ſi tu vis tenere hanc lec.que eſt vera in ſe expone tex.ibi:pp̃ter ſuas enormitates.ſ. commiſſas in affligendo ⁊ corrigẽdo hunc canonicũ cõtra regulam ⁊ iuris diſpoſitionẽ ⁊ diſciplinã:⁊ tũc not.ex tex.q ſubditus quãtũcũq3 religioſus iniuſte afflictus ⁊ correctus a ſuperiore põt appellare ad ſuperiorez ſuperioris:⁊ ſuus ſuperior tenetur appellationi deferre alſ punitur:vt hic. Scđa lec.poteſt colligi ex dictis doc.intelligendo q iſte prior cõpellebat iſtũ canonicũ ad cõſentiendũ alienationibus quas illicite faciebat de rebus eccleſie cõſanguineis ⁊ amicis ſuis. Item ad tegendũ vitia ſua eũ vrgebat ad iurandũ.vñ iſte ſentiens ſe illis grauari appellauit ad ſuperiorẽ.puocatus prior iſtum incarcerauit ⁊ coegit eum renũtiare ſue appellationi pp̃ter a qđ venit puniendus vt in text. Tertius intellectus etiã colligitur ex dictis doc.intelligẽdo q hic nõ pceſſerat grauamẽ ſed iſte canonicus pp̃ter cauſas pdictas ſeu propter delicta alia iſtius prioris appellauit eum ad ſedẽ apoſtolicã et fuit hec appellatio extraiudicialis.⁊ multũ hec lect.conſonat litere:vt.s.dixi.⁊ q̃q̃ ſuperior appellatus nõ teneatur ire ad ſuperiorẽ p hanc appellationẽ extraiudicialẽ.vt dixi in.c.cum ſit.s.eo.non tñ debet ſuperior appellantẽ opprimere ſeu eũ a pſecutione appellatiõis aliter impedire qđ ſi fecerit dz puniri vt hic. Quartã lec.vltra doc.colligo ex no.p Hoſt.⁊ Joan.and.in.c.j.de cenſi.lib.vj.vbi dicũt q platus ẽt religioſus in mortali cõſtitutus notorius vel infamatus ſi ſit incorrigibilis põt p ſubditũ appellari:⁊ ſi defert appellatiõi bñ quidem:ſin aũt punietur vt hic ⁊ reddit Hoſti.mirabilem cãm qđ correctio iudicialis nõ cadit in talem platũ.iij.q.vij.iudicet. Et ex ratione iſta Hoſti.colligo lec.iſtã in eo q allegat iſtuz tex.q prior volebat iſtũ corrigere:iſte vero appellauit dicendo eum eſſe criminoſum notoriũ vel famoſum ita q nõ põt
4 alios corrigere.⁊ hanc lectu. ¶ † Clarius ſentit Hoſt.in.c.lz in corrigendis.de offi.or.vbi dicit q ſi platus corrigẽs ſubditum eodem peccato equali vel maiori notorie detinetur põt ab eo appellari.⁊ ita dicit intelligendũ iſtum tex.⁊ ita recitãdo tranſit Jo.and.ibi.

5 **Additio.** ¶ † Si hec lect.eſſet vera multũ eẽt notabilis ſed profecto nõ eſt vera indiſtincte q2 anteq̃ prelatus priuetur prelatura poteſt iuriſditionẽ in ſubditos exercere nec lz ſubditos recedere a prelato quãtũcũq3 notorie crimĩoſo ante priuationẽ niſi in quibuſdam caſibus ſpecialibus.viij.q.iiij.nõne.ij.q.vij.ſacerdotes. vide glo.cum multis iuribus in ea allegatis in.c.cũ nõ liceat. de preſcript.⁊ ibi dixi. Et ad.c.iudicet.rñde q non loquitur de ptãte iudiciali exercenda ſed quo ad meritũ vite et damnationẽ ſuã quia prelatus magis delinquit corrigẽdo aliũ et nõ ſe ſed nihilominus corrigere poteſt.vide Inno. in.c.cum noſtris.de cõceſ.pben.⁊ melius in.c.cũ venerabilis.de excep. vbi voluit q etiã cõtra delegatũ non poſſum excipere de crimine:q2 criminoſus non poteſt eſſe iudex.ſed de infamia bñ poſſum excipere . et plus voluit in.c.ſciſcitatus. de reſcript.
6 ¶ † Ubi dicit q cõtra ordinariũ non debet aliqua exceptio admitti quãdiu toleratur in officio . et vide qđ ibi dixi . dic tu q vbi ſuperior corrigeret non ex dilectione ſeu iuſtitia:ſz ex odio poteſt appellari.ita notanter voluit Joan. and.poſt Hoſt.in.c.lz.de offi.ordi.alleg.c.ita plane.xxiij.q.iiij. Itẽ facit:q2 ſnĩa dicitur iuſta ex animo.xj.q.iij.§.ſi ergo.vide gloſſ. eadem cauſa ⁊.q.in ſumma.

7 **Additio.** ¶ † In gl.ſi.in ſi.⁊ generaliter cũ queri
b tur de penaᵇ infligenda iudici non deferenti appellationi legitime. cõclude capiendo aliqua dicta doc.hic. Archi.in.c.decreto.ij.qđ.vj.q aut queritur de iure canonico aut de iure ciuili. Primo caſu ſi cauſa eſt criminalis debet deponi:vt in.c.decreto.prealleg. Si vero cauſa eſt ciuilis punitur vt hic.nam debet remitti ad ſuperiorem puniendus : et credo qđ pena erit arbitraria.argu.c.de cauſis.s. de offi.delega. Si queritur de iure ciuili:aut eſt cauſa ciuilis ⁊ hz locũ pena poſita in glo.vt puniatur in.xxx.pondo auri ⁊ accipitur pondus pro libra:vt.ff.de aur.⁊ argẽ.leg.l.inter veſtem.⁊ ita debet intelligi.l.quoniã.palleg.in gloſ. Si vero eſt cã criminalis tunc debet iuſto ſupplicio puniri:vt in.l.a procõſulibus.C.eo.⁊ ſic pena erit arbitraria.vñ poterit arbitrari penam corporis afflictiuã que eſt maior quãtũcũq3 minor ſit q̃libet pecuniaria in perſona honeſta vt in.l.in ſeruorum.ff.de pe.⁊ qđ no.in.l.j.eo.titu.

1 ☞ Infamia notoria punitur citra aliam probationem:

a ¶ Obuiare. adđ Ro. ſin.ſuis: fol. xxiij. vbi an eps teneatur renũtiare epatui ſi videt ſui cã ſcãdalum imminere.
Anto. Franciſ.
¶ An eps debeat renũtiare epatui ſi videt ex ſua pſona ſcãdalũ iminere dicas q eps ſi ſolũ ſit ex dignitate plationis ſz ex bona ⁊ ſancta vita vt j.c.nõ oẽs ij.q.vij.nã q male vitã ducit magis dicẽdus ẽ canis ĩpudic⁹ quaz eps.ij.q.vij.c.qui nec.⁊.c.qb⁹ vo.et e.q̃q̃.dicas tñ q eps q renũtiauit epatuoz habere ſumpt⁹ vite ab eccleſia cui pferat vt j.c.quãuis.vij. q. j.raro ſedes epalis pt ex cã neceſſitatis mutari ẽt ad alia loca.vt in c.epo.vij.q.j.⁊ in c.j.de pbile.⁊ adđ q eps p ſuperiorẽ ꝯpelli põt ad epatũ ſuſcipiẽdũ vt eſt tex.⁊ gl.j.c. añ oia.xl.di.⁊ gl. j.c.ſcriptiti⁹.viij. q.j.⁊ j.c.q̃lr.đ ele. ⁊ eſt gl.j.c.oẽs q. vij.q.j.⁊ in.c.epo. ea.can.⁊.q.⁊ ideo quẽadmodũ pp̃t bonũ publicũ pt cõpelli ad ſuſcipiẽdũ epatũ ita rõne ſcãdali põt ꝯpelli illum dimittere.
Sebaſti. Sapia.
b ¶ De pena. vid Ang.bal.⁊ Sal. j.l.qñ iudices.C. đ ap.bal.j.l.iudicib⁹.e.ti.vbi late de hac materia ⁊ de officiali nõ reſiſtẽte an puniatur tradit alex.j.l.diẽ functo.col.ij.ff.đ offi.aſſeſ.

ſecus ſi non eſt notoria: nam tunc requirit probationē duorum teſtium.

2 Prelatus non eſt remouendus etiā ob notoriam infamiam ſi paratus eſt ipſam purgare.3.

Infamia purgatur per iuramentum infamati: ⁊ aliorum de credulitate deponentium.

4 Infamia an ſit ſufficiens ad ſuſpēſionem epi donec veritas diſcutiatur. vide remiſſiue.

5 Prelatus ſiue alius ſuperior non tenet̃ ob aliqđ delictū deponere prelaturam in manibus aliquorum niſi ſuperioris: niſi cōſuetudo ſit in contrarium.6.

Quia nos. Si pena legis etiā pticulariter non appellat̃. vel ſpālius ſic. Cōtra cōſtitutiones regulares appellatio religioſum non defendit. ¶ Caſus lr̃alis. Cōmonitione facta cuidā abbati de infamia ꝯ euꝫ orta appellationē interpoſuit. querit̃ qđ ſiendū. Rn̄det pa. ꝙ abbates q publica infamia ſunt reſperſi aut cōuicti ſi cōmoniti in cōi capitulo renūtiare noluerint vocem nō habeant appellandi. Ber.

